cõtingere q in homine sano cessat anhelitus & oīs motus & sensus longo tēpore vt per diē vel circa ita vt oīno mortuus appareat. Jmo aliqs pōt sic in naturalibus dispositus esse q ad aliquē plācitū vel cōtēplationē fortē spiritib⁹ ad intra retractis iaceret simillimus mortuo. Sicut beat⁹ Augu. narrat in libr. de ciui. dei. De quodā pr̄sbytero. Ergo nisi cā subsit: nō est festinādū aut pcipitāter agendū in sepeliendo mortuos. ne contingat sepelire viuos. hec henricus de Assia vbi supra. Augu.



Septima qstiūcula est. Aia exiēs de corpore naturaliter ad quā differētiā positiōis exeat: sursū vel deorsum: dextrū: an sinistrū: aū vel retro? Ad quam rñdet q lz cuiuslibet moriētis aia cito desinit corpus informare naturalib⁹ suis derelicta poti⁹ iret in supremā partē celi: cū naturaliter appetat loca supiora vniuersi: put tñ ducit vł trahit ab angelis bonis vel malis: aīe saluādorū plene purgate directe vnnt sursum: & dānādorū directe deorsum. anime saluandorū nō plene purgate directe exeunt a dextris ad purgatoriū: & dānādorū a sinistris in infernū. hec ille vbi supra. Questi. Rñsio.




Octaua qstiuncula est. Aia exiēs de corpore ad quos terminos vadit naturaliter: an de luce ad tenebras: vel de tenebris ad lucē: de gaudijs ad tristitiā: vel de tristitia ad gaudia. Ad quam sic rñdet q aīa rōnalis postq desijt informare corpus vł post solutionē vnionis ipsi⁹ ad corpus dupl'r pōt intelligi de luce ad tenebras vł de tristitia ad gaudiū trāsmutari: aut scz de trāsmutatione fm intellectū: aut de trāsmutatione fm affectum. Si loquamur primo modo dicit: q platonici q posuerūt corpus quasi carcerē aīe impedientē ei⁹ pfectā cognitionē: quā fm se in sua puritate naturaliter apta nata est habere. Ipsi dicūt q aīa de separatione eius a corpore nō tristat: sed poti⁹ gaudet quēadmodū incarceratus gaudet qñ liberat a carcere sibi graui & obscuro: ad quē vt dicūt non relinquit penitus appetit⁹: vel illa inclinatio redeūdi. Et pp̄ter hoc vnū valde philosophi auertebant a resurrectione mortuorū per reunionē aiarū ad corpora q: per eā credebāt aīas impediri a pfectiore cognitiōe earū. Et hos platonicos sectatus est: vt apparet Cicero circa fnīam libri de senectute vbi ita dicit introducēs Cirū maiorē in morte filios alloquētē. Mihi nūq psuaderi potuit filij aīas dū in corporib⁹ essent mortalib⁹: viuere: et cū exijssent ex his emori. Nec vo tñ animū esse incipiētē: cū ex incipienti corpore euasisset: sed cū oī admixtione corporis liberat⁹ purus & integer esse cepisset tūc esse sapientē p quo persuasionē adducēs inquit. Uidetis eñ nihil morti esse tā simile: q somniū in quo dormiētiū animi maxie declarāt diuinitatē suā. Multa ei cū remissi & liberi sunt: futura pspiciūt. Ex quo intelligit quales futuri sint cū se corporis vinculis relaxauerint. hec ille. Theologi aūt qtū ad hāc trāsmutationē fm intellectum aīe separate a corpore dicerēt cū platonicis q exit⁹ aiarū de corporib⁹ relictarū Questi. Rñsio. Cicero l lib. de senectute.

suis naturalibus est quasi recessus de regione caliginis ad regionem lucis:vel quasi abscessus de vmbra ad lucem clariorē:non qr ereant corpus impediēs earū cognitionē:sed qr intrant modū cognoscendi intellectuū separatorū:nō tñ plenū quantū ad omnia: cū anima sit infima species in genere intelligentiarū:sed partialē: quomodo forte ⁊ seipsas sicut ⁊ res circunstantes clarius cognoscunt:q̄ in corpore cognoscere potuerint.Et notāter dixi:q̄ anime exute nō habent plenū modum cognoscendi intellectuū separatorum.qr si haberent:mox exute scirent se esse in charitate vel nō:ex suis naturalibus.Nā quelibet intelligentia separata vr̄ primo reflecti super se:intuitiua visione.Nec cōcedunt theologi q̄ anima exuta nō habeat naturalem inclinationē ⁊ appetitum reunionis ad corp⁹ ꝓpriū:qr iterū impediref a pfecta cognitione:vt platonici imaginantur.Sed dicūt q̄ cuilibet anime exute remanet naturale desiderium reunionis ad corpus:qr anima naturaliter est forma:⁊ per consequens naturaliter determinata ⁊ inclinata ad formandū subiectum sibi proportionatū.Nec etiā concedunt q̄ anima esset in corpore tanq̄ in carcere:quia anima naturaliter illud sibi determinat:tanq̄ habitaculū seu organum cōuenientissimū. Nec cōceditur q̄ anima per corp⁹ impediatur:qr anima scd̄m rationem sue nature est perpetua ⁊ ex hoc naturaliter esse separatā a corpore:ideo cōgruit:vt etiā illi modo essendi ei⁹ correspondeat specialis modus naturaliter cognoscēdi se ⁊ alias res:quo modo per accidens clarius multa cognoscet quā per corpus:nec tamen dr̄ impediri ab illa imaginatione ratione corporis:qr naturaliter inquantū forma:determinata est ad modū cognoscendi per corpus.Igitur cū res nō dicatur impediri per illū statū ad quē naturaliter tendit:relinquit igitur propositū.Et hec de transmutatiōe anime exute scd̄m intellectū pro posse dicta sint.Scd̄o autē modo loqui possumus de trāsmutatiōe anime exute scd̄m affectū:an scꝫ immediate exuta a corpe transmutef ad tristiciā vel gaudium:penam vel delectationē.Ad qd̄ respōdetur q̄ anime defunctorū malorū fideliū vel infideliū phōrū immediate mutanf in tristiciā.Ratio est:qr cum scientie in hac vita acquisite remaneant in aīa post mortem:remanent etiam in ea errores ⁊ false opiniones quibus in hac vita tales decepti sunt.Statim ergo q̄ anima separatur a corpore clara visione cōuertens se super se:⁊ super corpus a quo separata est:⁊ super res alias que circūstant ad certā distantiā:vtiq̄ multis suspirijs ⁊ magnis afficitur tristitijs:qr non reperit que vane sperabat:nō reperit sicut putabat:nō collocatur inter cōpares stellas feliciter iocando sicut arbitrabatur.nō ascendit sursum ad lucē celi:sed deorsuꝫ ad tenebras inferni pleni merore:videt se protrahi a demonibus horrēdis.Uident aīe hereticorū:iudeorū: ⁊ fideliū superstitiosorū clare:q̄ stulte ⁊ negligenter a virtute salutari deuiarunt.Uident aīe illoꝝ qui se hmōi honoribus:delitijs ⁊ gaudijs ex toto dederūt credētes aīas hominū in morte desinere sicut iumētorū:q̄ ingressi sunt regionē ignotā:vbi cōtraria ho=

[illegible] prioris vite occurrũt:vbi pro dominijs tp̃alibus ſubijciũtur viliſſimis demonibꝰ:eorũ deriſionibus ⁊ opprobrijs.o quanto merore ⁊ ſtupore taliũ anime turbantur.Fidelis vero aĩa adhuc ſpecialr̃ plures hꝫ cãs doloris.Primo q: nouit ſe ꝑ fidẽ ad iudiciũ ꝑticulare deduci vbi iudicãda eſt:vel ad paradiſum:vel purgatoriũ vel ad infernũ:qđ q̃dẽ iudiciũ in magna ꝑplexitate expectat. Scđo;q: videt ſe añ oculos chriſti indigne veſtitã carẽtẽ habitibꝰ virtutũ:⁊ indutã habitibꝰ vitiorũ.Tertio erubeſcit ⁊ triſtaṫ aĩa fidelis ex recordatione ⁊ reminiſcẽtia peccatorũ ⁊ negligẽtiarũ:q̃s cũ adminiſtraret corpꝰ:cõmiſit.Triſtaṫ q: videt tabernaculũ ſuũ naturaliſſimũ:in quo multas delectationes habuit:vel habitura erat:in quo ꝑfectiões ſciaꝝ ⁊ virtutũ acq̃ſierat:vel aq̃ſitura erat: iã eiꝰ inhabitationi ineptũ redditũ:⁊ abominabilr̃ corruptũ.Dolet ꝙ q̃ſi cogaṫ corpꝰ deſerere ⁊ inde exire.Dolet ſicut q̃ videt domũ vel veſtẽ ſibi cõueniẽtiſſime diſpoſitã corrũpi ⁊ fedari: ita vt cogaṫ inde exire:aut nõ ſine dolore ⁊ gemitu illã abijcere. Dolẽt finalr̃ q̃dã aĩe ⁊ triſtanṫ ꝓpter penas ad q̃s ducuntur in inferno vel purgatorio Iſte ergo ſunt cãe triſticiarũ aĩe poſt mortẽ.ex q̃bꝰ patet q̃d ſit ad hãc q̃ſtiũculã rñdẽdũ ſcđm philoſophos platonicos ⁊ theologos.Hec Henricus de Aſſia ſuper Geneſim.

Anima fidelis hꝫ multas cãs doloris.


Ona q̃ſtiũcula eſt.An iudiciũ ꝑticulare aĩe egredientis de corpe fiat:a chriſto corporaliter:an ab angelis cuſtodibꝰ aĩarũ.Ad quã ſic rñdeṫ:ꝙ iudiciũ in quo aĩe ad ſuppliciũ vel gaudiũ poſt mortẽ iudicanṫ:eſt duplex.Primũ eſt ꝑticulare:ſic dictũ q̃tuor rõnibꝰ.Prio: q: nõ eſt vniuerſalr̃ oim.Scđo:q: nõ eſt totaliũ hoim:ſꝫ ſolũ partiũ eoꝝ.Tertio:q: in illo iudicaṫ aĩa reſpectu ad merita vel demerita q̃ intra ipſam ſunt:aut quorũ ipſa ſcđm ſe cã fuit vel origo. Quarto:q: nõ ad totã penã inferni quã hõ meruit tũc cõdẽnaṫ:ſꝫ ad minorẽ:quã habebit poſt iudiciũ gñale.Uñ nec etiã demones vt vr̃ velle Auguſti.habẽt mõ tãtas penas quãtas habebũt poſt iudiciũ.Et quãtũ ad hoc iudiciũ ꝑticulare dicũt q̃dã :ꝙ xp̃s corporalr̃ ſcđm hũanitatẽ ꝑ̃ſideat cuilibet aĩe ſtatim egrediẽti iuxta illud Actu.x.Hic eſt q̃ cõſtitutꝰ eſt iudex viuorum ⁊ mortuoꝝ.Et Joh.v.Pater oẽ iudiciũ dedit filio.Sꝫ hoc nõ vr̃ faciliter credibile:ꝙ xp̃s corporaliter totiens deſcenderet de celo:quoties aliquis homo moritur in toto orbe:quia ſi ita eſſet:tunc innumeris ipſe vicibus:ad innumerabilia mundi inferioris loca deſcenderet:in qualibet hora immo in qualibet particula hore:quia innumerabiles homines moriuntur infra idem tempus paruum in toto mundo: precipue cum peſtilentia ſimul viget in diuerſis ac diſtantiſſimis regionibꝰ:ſicut ſepe cõtingit:ꝓpter qđ etiã ſeq̃ videreṫ ꝙ xp̃s multotiẽs ſimul ⁊ ſemel deſcẽderet corporalr̃ circũſcriptiue ad diuerſa loca mũdi inferioris:q: põtꝫ bene cõtingere ꝙ idẽ inſtãs in numero:ſit primũ inſtãs nõ eſſe mille hoim ſimul moriẽtiũ in diuerſis locis.Propter qđ ꝓbabilius dicendũ videṫ:ꝙ chriſtus corpo-

queſtio.
Rñſio.
Auguſt.
Actu .x.
Johã.v.

raliter nō descendat ad iudiciū particulare cuiuslibet aie. Sȝ veraciter eas iudicare dicit̄ p angelos quos ad mouētes mittit vt iudiciū exerceāt cū pcessib⁹ ꝛ sentētijs eis cōmissis a christo iudice principali q̄ solus iudicandoꝝ q̄litates plene nouit. Angelus ergo fm doctores cuilibet aie deputatus frequēter aut semp ei assistēs q̄ nouit vitā merita: ꝛ demerita ei⁹ quē custodiuit: ꝛ nouit ex suo officio qn̄q₃: ꝛ quō ꝛ vbi sit mortuus homo sibi cōmissus: datur a christo ꝛ cōstituit̄ iudex aie a corpore separāde vt eā iaȝ separatā colligat ꝛ diuagari errabūde post mortē hincinde non permittat sed eaȝ perducat aut ad gaudia paradisi: vel ad penas purgatorij: vel inferni. In iudicio auteȝ cōi ꝛ vniuersali christus corporaliter de celo descēdens: p̄sidebit iudex: ꝛ oēs ipse iudicialiter iudicabit: q₃ vt dictū est: ipse est qui ɔstitutus est iudex viuorum ꝛ mortuorū scilicet in iudicio cōi ꝛ vniuersali. Hec Henricus de assia super genesim.

Questi. Rūsio.



Decima questi. est. An a primo instanti nō esse hois vsq₃ ad ei⁹ iudiciū pticulare sit aliquod interuallum et spacium temporis. Ad quam sic respondetur quod licet generaliter respectu omniū animaruȝ non sit cōcedendū interuallū aliquāti tēporis inter primū instans non esse hominis ꝛ iudicium particulare aie: tn̄ respectu aliquarum aiarum pōt concedi aliquod interuallū ꝛ spaciū ante iudicium a primo instanti nō esse hois sicut fuit in illo famoso magistro laudabilis vite habito: parisius mortuo: q̄ inter exeq̄as ibi deȝcōgregatis omnib⁹ doctorib⁹ magistris ꝛ scholarib⁹: vt ibi moris est. se in feretro erigens dixit. Ad iudicium vocatus sum. Deinde altero die dixit. Judicatus sum ꝛ tetrio concludendo intulit. Condēnatus sum. per spacium ergo triū dierū vel circa distabat cōclusio iudicij ab instāti mortis illius: ꝛ hinc habuit originē ordo carthusiensiū: vt creditur. Simile legitur de aia beati hieronymi in epla Augustini ad Cyrillū epm. Et cōgruēter ante iudicium particulariter tale interuallū ponit̄. Tū primo q₃ lȝ deus omnia instanter possit facere: tn̄ vt ordo ꝛ pcessus decens sapientie ꝛ iustitie sue magis appareat qui magis procedere consueuit in suis operib⁹ secundū modū ꝛ capacitatem seu cōditionem recipientis creature: sicut in prima formatione mundi in sex dierū spacio facta apparet. Nā sapiētia dei omnia disponit suauiter. i. suis ordinibus ꝛ interuallis disponit conuenienter atq₃ decenter: conuenientius interuenit aliquod interuallūȝ. Tū secundo q₃ anima post separationē a corpore intrat nouum statum ꝛ modū essendi substantiarū separatarū: in quo quidē statu nunq̄ vires suas exercuit: nec experta est: videt̄ ergo etiā viribus suis separata per aliqd tēpus relinquenda vt agnoscat quātuȝ vltra vires suas naturales vtriusq₃ status eius ipsam supernaturaliter oportet adiuuari vel adiuta sit vt celestem felicitatē attingat vel attingeret. Uniuersale aūt iudiciū in q̄ erit accusatio aie iudicande a demonib⁹ ꝛ ab angelis bonis excusatio ꝛ cōparatio

peccatorum & meritorum: tota celesti curia animabus omnibus & cunctis angelis presentibus: non fiet convenienter totum simul in instanti: sed cum aliquo temporis intervallo. Hec Henricus de Assia super Genesim.

¶ Tertium caput prime decadis.



Ertium caput huius prime decadis est: de locis & receptaculis animarũ a corporibus separatarũ Circa qđ quinq; questiones absolvent. Prima erit: quot sunt loca et receptacula animarũ e corporibus absolutarum. Scđa erit: de celo empyreo receptaculo felicium animarum. Tertia erit: de inferno receptaculo damnatorum. Quarta erit: de purgatorio receptaculo purgandorum. Quinta erit: de limbo receptaculo absq; baptismate parvulorum. Sexta erit: de cãpis elisijs receptaculo: machumetistarum gentilium philosophorum & poetarum.



Rima questio huius tertij capitis unica est. s. quot sunt receptacula & loca animarũ e corporibus solutarũ. Ad quã sic rñdetur: q̃ scđm theologos post mortẽ xp̃i per quã sinus abrahe. i. limbus sanctorũ patrũ fuit expoliatus & clausus. Loca in quibus recipiũtur aie a corpe separate sunt quatuor. s. paradisus: infernus: purgatoriũ & limbus. Ratio aũt huius locorũ quaternitatis est: quia aia quatuor modis decedit a corpe. Primo enĩ anima decedit qñq; sine omni culpa: sicut patet de pueris baptisatis: & de martyribus: & de viris pfectis qui edificaverunt aurũ & argentũ: & lapides preciosos. i. dei dilectionẽ: christi amorẽ: & bonã opationẽ & los eius taliũ est paradisus in quo beatificant: eo q̃ ibi sunt affluentie oĩs boni. Scđo qñq; aia decedit cũ actuali & mortali culpa: & tunc eius receptaculũ est infernus: in quo dãnant: in quo est carẽtia gratie: pena dãni & pena sensus eternaliter. Tertio decedit aia cũ culpa & penitẽtia insufficiẽti: & tũc eius receptaculũ est purgatoriũ: in quo purgant: vbi nõ est carẽtia gratie: sicut in inferno: sʒ est ibi pena sensus & dãni tpalis. Quarto qñq; aia decedit cũ originali culpa: tũc eius receptaculũ est limbus: in quo est carẽtia grẽ & pena dãni eternalis: sʒ nõ pena sensus. Hec dñs Petrus de tarãta. Et Tho. in. iiij. d. xxxi. Scđm pō gẽtiles est aliud qntũ receptaculũ cãporũ elisiorũ: in quo anima machumetistarũ gentiliũ: philosophorũ: & poetarũ post exitum a corpore recipiuntur.

Questio. Rñsio. quatuor modis aia decedit a corpore. Primo. Scđo. Tertio. Quarto. Petrus de taranta. Tho.

Ecunda questio sub hoc tertio capite est de celo empyreo: receptaculo angelorũ & beatorũ hominũ. Sub qua novem absolvent q̃stiũcule: quarũ q̃libet ĩfra scrutabit ordine suo.

Rima questiũcula est: si celũ empyreũ receptaculũ angelorũ & beatorum hoim scđm veritatẽ repiat. Ad quã rñdet: q̃ existẽtia celi empyrei hũana rõne investigari nõ põt. Cuius

Questio. Responsio.

ratio eſt:q² quicq̃d humana ratione inueſtigaꝝ:opꝫ ꝙ ſub[illegible] motui ⁊ viſui:celũ autem empyreum eſt immobile ⁊ viſui nõ ſubiectũ ꝓpter qđ philoſophi naturales celum empyreũ immobile negãt:ergo. Itẽ premiũ ⁊ locꝰ premij debẽt aſſimilari:ſꝫ btitudo ⁊ gloria ſctõꝝ excedit inueſtigationẽ humanã:q² nec oculꝰ vidit nec auris audiuit nec in cor hoĩs aſcẽdit q̃ ꝑparauit deus diligẽ-

Paulus. ſe. vt dicit Paulus prime Corinth. Ergo nec locꝰ cõgruus beatitu-

Prouer- dini inueſtigari poterit naturaliter. Propterea diciꝝ Prouer. xxv.

bio. xxv. Celum ſurſum:⁊ terra deorſum:⁊ cor regnũ inſcrutabile. Et Sa-

Sapien pie. ix. diciꝝ. Difficile eſtimamꝰ q̃ i terra ſunt:⁊ q̃ in ꝓſpectu ſunt in

tie. ix. uenimus cũ labore:q̃ autẽ in celis ſunt:q̃s inueſtigabit? Et ideir-
co dicunt doctores ꝙ celũ empyreũ nõ inueniꝝ poſitũ niſi per au-

Strabo toritates Strabi Bede ⁊ Baſilij. Nam Strabo ⁊ Beda dicunt:ꝙ

Beda. celũ empyreum ſtatim factũ fuit repletũ angelis. Et Baſilꝰ ome-

Baſilꝰ. lia. ij. in li. Exameron dicit. Sicut damnati in tenebras vltimas
abigũtur:ita remuneratio ꝓ dignis opibꝰ reſtauraꝝ in ea luce q̃
eſt extra mundũ:in qua angeli ⁊ beati quietis domiciliũ ſortiunꝝ

Tho. Tho. i. par. q. lxxi. ar. iij. ⁊ in. ij. ſentẽtia. di. ij. ⁊ quolibeto. vj.

Queſti. Secunda queſtiũcula eſt. Quid ſit celũ empyreũ. Ad

Reſpon- quã ſic reſpondeꝝ:ꝙ celum empyreũ eſt corpus intel-

ſio. lectuale ⁊ ſpirituale:immobile:quietũ ⁊ lucidiſſimũ:
inter omnia ſimplicia corpa nobiliſſimũ:cõtemplatio
ni glorie aptiſſimũ:mox factum repletũ angelis. Cir-
cunſtans immediate omnes celos mobiles ornatũ varietatibus premioꝝ omniumq; amenitatibus:incogitabilis pulchritudinis: ⁊ indicibilis diſpoſitionis in gloria:vt decet aulã regis ſupremi. Dicitur p̃mo ꝙ celũ empyreũ ſit corpꝰ: qđ ſic ſuaderi põt. Spes enĩ ⁊ intẽtio cuiuſcũq; excitaꝝ ⁊ roboratur ex inſpectione alicuiꝰ exemplaris. In futura autẽ remuneratione ſperamus gloriã ſpiritualẽ ⁊ corpalem. Sicut ergo excitamur ⁊ roboramur in ſpe glorie ſpiritualis anime: exemplo beatitudinis ⁊ glorie ⁊ principio mundi inchoate:beatoꝝ angeloꝝ quorũ equalitas nobis ꝓmitti-

Mathe. tur. iuxta illud Mat. xxij. Eritis ſicut angeli dei in celo. ita ſimiꝝr

xxij. excitamur ⁊ roboramur in ſpe glorie incorruptionis ⁊ immutabi
litatis corporis ex inſpectione incorruptionis ⁊ immutabilitatis corpis celi empyrei in p̃ncipio mũdi creati. Diciꝝ ſcđo intellectuale:nõ ꝙ nõ habeat materiã naturalẽ:ſed q² nõ ſubijcitur viſui no-

Celum a ſtro. Diciꝝ etiã corpꝰ ſpũale q² locus eſt beatoꝝ ſpirituũ ⁊ hoim

quo dica glorificatoꝝ. Dicitur etiã celũ:a celãdo inuiſibilia. ⁊ diciꝝ empy-

tur ẽpy- reum quaſi intus igneũ a pyr qđ eſt ignis:eo ꝙ conuenit cũ igne

reum. in ſplendore:nõ in ardore. Dicitur tertio immobile:quietũ ⁊ luci-
diſſimum. Nam cũ res oĩno determineꝝ ex fine ⁊ finis huius corporis ſit inhabitatio ſanctoꝝ:opꝫ cõditiones eius accipere ſcđm ꝙ cõuenit ſtatui ſanctoꝝ beatoꝝ: ꝓpter qđ creatũ eſt. Et quia illi ſunt in plena participatione quietis ⁊ eternitatis: ⁊ eterne lucis. ideo tale corpus debet eſſe immobile:quietum:incorruptibile: et lucidiſſimũ:quã lucẽ celũ empyreũ nõ determinat ſibi a natura:

sicut facit flāma vel ignis:sed sibi determinat limpidissimā diaphanitatē:quā hȝ a splēdore glorificati corpis christi:sicut hic aer illuminaꝛ a sole. Unde ꝛ Apoca.xxi.dicꝛ. Ciuitas dei nō eget sole neqꝫ luna vt luceāt in ea:nam claritas dei illuminabit eā:ꝛ lucerna eius est agnus. Dicꝛ quarto inter oīa simplicia corpa nobilissimū:qꝛ scȝ est supremum omniū locorū corpalium. Dicꝛ quinto cōtemplationi glorie aptissimū. Nam sicut contēplatio dei in qua ꝯsistit felicitas angeloꝝ ꝛ hominū beatoꝝ:sup oīa corpalia: eleuat intellectū:Ita celuȝ empyrēū inter oīa corpalia est magis eleuatum ꝛ per cōsequens contemplationi magis aptum. Dicꝛ sexto:mox factū:repletum angelis:nō qꝛ ibi nō sint multa loca vacua:in quibus sunt ꝛ erunt beati:sed dicꝛ repletum secūdum modum loquēdi nostrū:secundum quē dicimus aliquā ciuitatē plenam hoībus:cum in ea omniuin hominū habitacula plena sunt. Dicitur septimo circūstans immediate oēs celos mobiles.i.celuȝ cristallinum:qđ dicitur etiā aqueum ꝓpter similitudinē quam habet cum aqua congelata in diaphanitate ꝛ soliditate: qđ celum astrologi vocant nouā spherā. Circundat etiā celum sidereum. idest firmamētum:in quo sunt stelle:ꝛ celum aereum in quo sunt aues:diuisum in septē celos septē planetarum.s. Saturni:Iouis: Martis Solis:Mercurij:Ueneris:ꝛ Lune in quo quidē celo empyreo raptus Paulus vidit archana dei.idest essentiam diuinaȝ. ij.Corinthe.xij. Dicitur octauo ornatum varietate premiorum. Nam ibi sunt nouem chori angelorum orbiculares:ꝛ multe mansiones animarum distinctoꝝ meritorum et premioꝝ. Dicitur nona omnium amenitatibus plenum. Nam dicitur paradisus quasi ortus delitiarū.cetera plana sunt. De hoc loco dicitur Baruch. iij. O israel ꝙ magna est domus dei ꝛ ingens locus possessionis eius:magnus et non habens finem. De hoc dicit Moyses. In pn̄cipio creauit deus celum.et Paulus Galat. iiij. Illa autem que sursum est iherusalem libera est: que est mater nostra. Et ecclesia cantat. Urbs beata iherusalem. Et psalmi. Unam petij a domino et hanc requiram ꝛc. Sed pro maiori euidentia corum que in predicta descriptione celi empyrei posita sunt. Arguitur primo:ꝙ celum empyreum non sit corpus materiale et naturale: quia corpus materiale et naturale est mobile: Cum natura sit principium motus:materia etiam et motus se consequuntur:sed per dicta corpus empyreum est immobile:ergo. Ad hoc Responderurꝙ non omne naturale est mobile:sed tātum illud quod est generabile ꝛ corruptibile:de quo intendit philosophus. ij. phisicorum. Nec omne materiale est mobile. Mathematicus enim non arbitrabit ab omni materia:sed a sensibili tantum. Arguitur secundo contra illud quod dictum est quod celum empyreuȝ sit lucidissimum:quia si sic:cum alij celi sint perspicuit et diaphani:appareret nobis vndiqꝫ tale celum. Ad hoc Respondetur: ꝙ sicut suspenditur claritas corporis christi sub hostia ne radiet: ita deus decreuit suspendere radiationes celi empyrei:in celos

Apoca. xxi.

Moyses. Paulus

Prima obiectio cōtra eā ꝗ̄ superius dicta sūt

Responsio.

Secūda obiectio

Responsio.

inferiores: et hoc ne tota circumferentia celi appareret nobis tamquam vna lux cōtinua: quia sic nō haberemus distinctionē stellarum celi: nec distinctionē diei et noctis super terrā: quod pro statu huius vite nō expedit: sed forte tempore futuri seculi radiabit vndique per totū mundum inferiorē: ita quod nulla vmbra vel obscuritas remanebit tunc in elementis. Et cōcesso tamē quod lumē celi emphyrei multiplicetur per celos inferiores: quorum forte ab eo tota virtus dependet tamen pōt esse quod propter longitudinē distantie radij claritatis eius deficiant anteque perueniāt ad nos: et ideo nobis nihil de illo apparet. Tertio arguit cōtra illud quod dictum est: quod celū emphyreum mox creatum fuit repletum angelis: quia si sic: nō fuit aliquod spacium vacuū ab angelo pro beatis. Respōdet ad hoc Albertus in de. iiij. coequis. Quod angeli nō implēt celū emphyreū: vt locatū locum: sed implent scdm distinctionē hierarchiarum: et chororum: et mansionum: que in domo patris multe sunt. Hec ex henrico de Assia. et Tho. ij. sententiarū. di. ij.

Tertia obiectio

Respon sio Alberti ad obiectionem 3.

Questi.

Tertia questiuncula est. Quid est dos spiritualis animarum et corporū beatorum in celo emphyreo. Ad quam sic respondetur: quod dotes spirituales animarū et corporum beatorū appellate sunt ad similitudinem dotium corporalium nubiliū filiarum. Dos autem matrimonij corporalis secundū iura ciuilia sic diffinitur. Dos est illud quod datur a parētibus sponse a parētibus viri: filie vt facilius nubat: cum sponsa in domū sponsi adducitur: vnde ornetur sponsa et delectabiliter vterque ad inuicē vniantur: atque prouideatur viro: vnde possit sufficiēter sponsam et liberos nutrire: inammissibiliter soluto matrimonio sponse reseruatū. Et dicitur primo quod dos datur a parentibus sponse: intellige cōmuniter. Nam propter duo cōtingit quod sponsus vel pater sponsi assignat dotes vice patris puelle. Primo propter excessum affectus. Nam sponsus vel pater sponsi propter amorem nimiū quē habet ad sponsam dotat eam: sicut contigit de Emor qui voluit assignare dotem quā debebat recipere: et augere propter vehementē amorem filij sui Sichem ad Dinā filiam Jacob. vnde dixit pater eius Emor ad Jacob et ad filios eius: Sichem filius meus adhesit anime filie vestre: date eā illi vxorem. Et subdit. Augete dotē et munera postulate: libenter tribuam quod petieritis. Gene. xxxiiij. Secūda causa est propter cōmissum scelus s. in penam sponsi: qui virginē corrupit et violauit: scilicet vt virgini a se corrupte de suo dotē assignet: quam pater puelle debuerat assignare. vt dicitur Exodi. xxij. Si seduxerit quis virginē: dormierit que cum ea: dotabit eā et accipiet eam in vxorem. Dicitur secundo quod dos datur parentibus sponsi vel sponso: nam dos debet esse penes eum qui supportat onera matrimonij. vt dicit Bartholus in lege. Si is qui et stichum § j. ff. de iure dotium. Et intelligitur quod dos assignatur sponso quantum ad vsum vel ad dispēsationem. Sponse vero quantum ad dominum et proprietatem. Dicitur tertio: filie vt facilius nubat. Nam non faciliter ducitur filia cuiuscū

Respon sio.

Dotis.

Matrimonij corporalis diffinitio.

Gene. xxxiiij.

Exodi. xxij.

Bartholus.

... de dote.ff.Soluto matrimonio.l.pri.Dicitur quarto cũ sponsa ad domũ traducitur:nam in matrimonij inchoatione.s.quando desponsat sponsa:dotes promittũtur sponso.Sed cũ introducitur sponsa in domũ sponsi:tunc sponso dotes assignantur. Tu tamen intellige ꝙ si maritus cui dos ꝓmissa est:dotẽ nõ recepit: põt vxorẽ de domo expellere .vt dicit gl.in autẽticis de nõ eligẽ dosc̃do nubẽtes.§.fi.colla.j.Licetcõtrariũ habeat in cap.per vestras.de donationibus inter virum ⁊ vxorẽ.Dicitur quinto:vt inde sponsa ornetur ⁊ decoretur.Intellige secũdam statum suum: ⁊ morem patrie.Dicitur sexto:vt delectabiliter vterqȝ ad inuicem vniantur.Nam dos est illud per qđ sponsa delectabiliter coniungitur viro:⁊ ecõuerso.Dicitur septimo:⁊ vt prouideatur viro vnde possit sufficienter.⁊c.vt patet in.l.pro oneribus.C. de iure dotium.Dicitur octauo:inammissibiliter.⁊c.Nam dos censetur esse patrimonium mulierũ:vt dicit iohan.Andr.de foro competenti. ex tenore.⁊.ff.de minoribus vigintiquinqȝ annis.l.deniqȝ.§.patrimonium.Ad similitudinem ergo dotium corporalium huiusmodi:dantur diuinitus ipsis beatis quando in gloriam transferuntur aliqua dona ad eoꝝ ornatum:que dona ⁊ ornatus vocantur dotes spirituales:que dos spiritualis sic diffinitur.Dos est perpetuus ornatus anime ⁊ corporis:vite sufficiens:in eterna beatitudine iugiter perseuerãs.Sicut enim primo dos corporalis datur a patre carnali sponse in dominiũ:⁊ sponso in vsum.Sic in matrimonio spirituali christi ⁊ anime dant a tota trinitate q̃ est pater sponse.s.aie ⁊ ecclesie:dona ⁊ ornamẽta siue decores spirituales. Nam pater tenetur dotare filiã non solum cõtrahentem matrimonium carnale:sed etiã spirituale:vt dicit Bal.in.l.fi. C. de dotis ꝓmissione.Et dãtur Christo sponso in dispensationẽ:⁊ ecclesie siue mẽbris eius id est animabus in dominium ⁊ proprietatẽ. Et sicut in matrimonio carnali dotes dantur in solatium sponsorum ⁊ vt subleuetur onus matrimonij.Sic in matrimonio spirituali inter christum ⁊ animã per dotes spirituales idest per ornamentum ⁊ decorẽ anime fit quedã spũalis iocunditas in aĩa principaliter ex gratia ⁊ gloria quib⁹ nihil est delectabilius : per que anima sponso christo delectabiliter vnitur. In quo matrimonio spirituali:nõ sunt onera sicut in corporali:sed summa iocunditas ex gratia cõsummata:vel gloria in celo.Et sicut in carnali matrimonio dotes dantur sponse in dominiũ:⁊ sponso in vsum.Sic in matrimonio spirituali ornatus dant sponso in vsum.i.inquãtum tendunt ad honorem ⁊ gloriam christi. Sed sponse.i.anime vel ecclesie in dominium inquantum per eas ornãtur. Et sicut in matrimonio corporali nõ dantur dotes quãdo mulier desponsatur: sed cum introducitur in domum:sic dotes spirituales non dãtur animabus q̃diu peregrinantur a domino: vt dicit apostolus.ij. ad Cor.v.Sed quãdo transferuntur in gloriã:in qua gloria anime perfruntur sponso presentialiter.Et iste dotes spirituales tanto digniores sunt corporalibus quanto anima plus est q̃ corpus.

Dotis spũalis diffinitio.

Bald⁹.

Psal. Isti consistunt in bonis interioribus glorie. Psal. Omnis g... eius filie regis abintus in fimbrijs aureis circūamicta varietate. Sz dotes corporales deforis in bonis exterioribus fortune. De

Apo.xix quo matrimonio spirituali & dotibus et sponsis dicitur Apocalypsis.xix. Gaudeamus & exultemus & demus gloriam ei quoniam venerunt nuptie agni: & vxor eius preparauit se & datū est illi vt cooperiat se byssino splendente & candido. byssinū aūt sunt iustificationes sanctorū. Hec elicitiue ex Tho. quarto sniarum distinctio

Dubitatio. ne quadragesima nona. Sz hic est vna dubitatio. Nā dictum est supra in prī. .§. diffinitionis dotis tēporalis: ꝙ si pater sponsi: vel sponsus: dotent puellam nubilem vel sponsum: dicet vno modo

ysaie.lxi sponsus raptor puelle & violator. Cū aūt christus spōsus sponse sue id est anime dotē largiat̄ fm̄ illud ysaie .lxi. Induit me vestimētis salutis & q̄si spōsam ornatā ornauit me monilib⁹ suis. Erit ergo christus fm̄ hoc sponsus raptor vł violator anime. Ad hoc

Rn̄sio. Rn̄detur dupliciter. Primo ꝙ fm̄ canones spōsus dicit̄ tūc raptor puelle qn̄ puella in turpi actu nō consentit. Si aūt puella consentiat nō dicet̄ spōsus raptor vel violator. Extra de raptorib⁹ & incendiarijs.ca.primo.cū gl. vbi ponit glo. casum in terminis sic di

casus. cens. Quidā miles volēs cōtrehere cū puella quadā parētes eam illi dare nolebant: tandē de consensu puelle eā rapuit: & cum ea cōtrahit matrimoniū: et carnaliter cognouit eā que postea monasterium intrauit: miles tanq̄ suā vxorem petit quia sine licentia sui post carnalem copulam intrare monasterium non potuit dicebat illa ꝙ non tenebat̄ ei, tāq̄ viro adherere: q2 eā rapuerat & raptor cum rapta cōtrahere nō pōt. Ad hoc rn̄det papa ꝙ nō fuit raptus cū ipsa

Rn̄sio. cōsenserit & post mrīmoniū cōtractum & cōsummatū religionē intrare nō potuit viro inuito lz rapta fuerit: quare si hoc cōstiterit, dz ei restitui. Hec gl. ibi ad literā. Quare ad ppositū cum christus animā in sponsam accipit consentientē: nō in actu turpissimo car

Osee.j. nis: sed in fide & in mīa: secundū illud Osee.j. Desponsaui te mihi in fide & in misericordia: & miserationib⁹. & .ij. Cor.x. Despōdi.n. vos vni viro virginē castā exhibere christo: ḡ nō est cēsend⁹ xp̄s spōsus raptor aīe. Scd̄o ēt ad hoc dicit̄: ꝙ lz de cōi iure dos det̄ spōso a spōsa: vel ab aliquo eius noīe: q̄nq̄ tñ cōtingit ecōuerso: & hoc pmaxime qn̄ grādis est amor p̄ris spōsi: vł spōsi ad spōsam & spōsa pauper est: vñ sponsus vel pr̄ spōsi eam dotat: dote quā dicit a sponsa accepisse: & cōtentat̄ de dote. Et sic in ppositō ex grādi amore dei patris & filij ei⁹ Jhesu christi ad aīam sponsam fidelem dat̄ dos a patre & filio christo & cōtentat̄ cū ad eorū honorē & gloriā cedat: hec ex theologis & canonistis.

Questi.  Uarta questiuncula est. Quot sunt dotes animarum in celo empyreo existentium. Ad quam sic respon

Rn̄sio. detur quod animabus beatis in celo assignantur tres dotes. s. visio: comprehensio & delectatio. Ratio huius est quia dos est aliquis ornatus vel dispositio inherens anime per quā anima ordinatur

ad operationē in qua cōsistit pfecta beatitudo. Ad beatitudinē aūt tria reqrunt. s. intuitiua notitia: intima pñtia ⁊ summa cōplacentia. Pr̄io ad opationē in qua pfecta beatitudo cōsistit: requiritur intuitiua vl' clara noticia: ⁊ hec est visio pria dos aie. Ubi nota q̄ visio dei dupliciter pōt accipi. Uno mō p ipso actu visionis ⁊ sic visio, nō est dos: sʒ est ipsa beatitudo: de qua visiōe dicit Jo. xiij. Hec est vita eterna vt cognoscāt te solū verū deū ⁊ quē misisti ihesum xp̄m. Et Lu. x. dicit. Beati oculi q̄ vidēt q̄ vos videtis. q̄ nō intelligit de oculis exterioꝛib⁹: alioquin beati fuissent oculi scribarū ⁊ pharisecꝝ q̄ xp̄m corporaliter videbāt sʒ intelligit de oculis interioꝛib⁹, mētis deitatē intelligibilē intuentib⁹: de quib⁹ dicebat aplūs Ephe. primo. Det vobis spūm sapiētie ⁊ reuelationis in agnitionē ei⁹ illuminatos oculos cordis vestri. Et Augusti. dicit. Qō visio est tota substātia beatitudinis. Alio mō dei visio pōt accipi p ipso habitu quo talis operatio. s. visio dei elicitur. i. p ipsa claritate qua aīa ad deū videndū diuinitus illustratur: ⁊ sic visio est dos ⁊ principiū beatitudinis: vt dicit Tho. iiij. sniaꝝ. d. xlix. ar ti. ij. vn̄ Richar. in. iiij. dicit q̄ dos visiōis est qdā habitus luminosus in intellectu quo eleuat ad clare deū videndū ⁊ hec dos est in potētia intellectiua aie ⁊ succedit ꝟtuti theologie fidei q̄, euacuabit cū venerit q̄ pfectū est. pr̄ie Cor. xiij. Secūdo ad beatitudinē vel ad operationē in qua perfecta beatitudo consistit requirit vltima pñtia siue cōprehēsio. scda dos aie que nihil aliud est q̄ in pñtia deū habere ⁊ in seipso ipsum tenere. ⁊ hec cōprehensio sequit ex visiōe: naʒ cū in patria deus visus nō videat per similitudinē sed p essentiā efficit intra videntē: ⁊ sic videns tantū cognoscit q̄tum p̄m cognoscere pōt illūq; s̄m mēsuram vidētis cōprehendit ⁊ hec cōprehēsio succedit ⁊ rn̄det spei. que ibi euacuabit. Nā sicut cessat motus habita forma: ita cessat spes habito qd̄ sperabat. Cū igit in pr̄ia erit cōprehēsio: ⁊ tēnio et secura possessio dei non quidē per gratiā sicut hic: sed p gloriam: qua nec per peccatū poterit amitti amplius. ergo ibi cessabit omnis spes ⁊ hoc modo hec comprehensio pertinet: vt quidam dicunt ad memoriam: quam dotem tentionis. sic Richardus diffinit. Dos conprehensionis est habitus perfectus quo volūtas est perfecte secura de perpetuatione tentionis dei. Tertio ad beatitudinem vel ad operationē in qua perfecta beatitudo consistit: requiritur summa complacentia siue delectatio quam nominat fruitio ex parte complementi. ⁊ est tertia dos. postquam eniʒ res comprehenditur ⁊ possidetur: sequitur quidem ad eam amoꝛ: et delectatio. Nam ad vnionem seu visionem maxime conuenientis sequitur delectatio summa de re visa ⁊ possessa. Cum igitur in patria deum maxime intellectui nostro conuenientem videbimus ⁊ comprehendemus: sequitur quod ibi consequenter erit summa delectatio in qua perficietur nostra felicitas. Et hanc dotem sic diffinit Richardus in. iiij. Dos fruitionis siue delectationis est perfectus charitatis habitus. quo anima fruitur deo

Jo. xiij. Luc. x. Apostο. ad eph. primo. Augus. Tho. Richardus. Dotis cōprehē siōis diffinitio.

complectiue.et in eo delectatur.et hec dos succedit charitati.et est in voluntate cōplectiue. De his tribus dotib⁹ dixit. Augusti. in Encheridiō.et ponitur in secundo sniarum.di.j. Fecit deus rationalem creaturā vt sūmum bonū intelligeret:intelligēdo amaret:amans

Obiectio do possideret:et possidēdo frueretur. Ex Thoma elicitiue in pmo

Quinqz et quarto sententiarum vbi supra Sed forte argues q dotes sunt

ad beati quinqz:qz Boetius tertio de cōsolatione ponit quinqz ad beatitu

tudinem dinem pertinētia:que sunt sufficiētia:quā promittunt diuicie. Jo

ptinētia cunditas:quā promittit voluptas. Celebritas:quam pmittit fa

ex Boe- ma. Securitas:quā promittit potētia. Reuerentia:quam pmittit

tio. dignitas. Respōdetur et dicitur.q ista quinqz nō debēt dici dotes:sz

Respon- quedā beatitudis cōditiones qđ patet qz in vera betitudine sunt

sio. omnia que inhoibus in tēporali felicitate querunt:que vel pertinent ad immunitatē a malo sicut securitas: vel ad cōsecutionem boni et conueniētis:sicut iocunditas:et pfecti sicut sufficientia: vel ad manifestationē boni sicut celebritas inquātum bonū vni⁹ est in notitia multorū et reuerētia inquātū illi⁹ notitie vel boni signū

Quot aliquod exhibetur. Reuerētia enim cōsistit in exhibitione hono-

sint do- ris:qui est testimoniū virtutis. Et sic patet q nō sunt nisi tres do-

tes. tes.s.visio cōprehensio et delectatio siue fruitio. Et respōdent vt quidā dicūt trib⁹ virtutibus theologicis.s.fidei:spei: et charitati. Nam fidei respōdet visio. Spei cōprehensio vel tentio. Charitati dilectio vel fruitio:qualis habetur a beatis in patria. Hec Tho.

Questi. iiij.scrip.sententiarum.di.xlix.arti.v.



Uinta questiūcula est:quot sunt dotes corporū in celo empyreo glorificatorū. Ad quā sic respondetur: q

Respon- preter tres dotes anime dictas:ponūtur etiā in corpo

sio. re glorioso quatuor dotes.s.impassibilitas:subtilitas

Jn cor- agilitas et claritas. Et ratio hui⁹ est:qz sicut dotes aie

pore glo sunt quidā ornatus:et quedā dispositiones aie quib⁹ anima orna

rioso po tur et disponitur vt perfecte cōiungatur deo. Jta dotes corpales sunt

nūtur p- quidā ornatus et quedā dispositiones quib⁹ corpus gloriosum p

ter tres fecte aie subijcitur. Et he quatuor dotes q̄tuor virtutib⁹ cardina

dotes ai libus adaptātur:eo q cardinaliū virtutū materia:sunt bona cor-

etiā qua poralia.vt.s.prudētie rn̄deat claritas pter cognitionē. Justitie

tuor do- q̄ est ppetua et imortalis respōdeat impassibilitas. Fortitudini ex

tes. qua cōtingit vt nihil corpi possit resistere.respōdeat agilitas:tem

Tho. perantie qua corpus attenuatur.respondeat subtilitas. Tho.in iiij.di.xlix. Numerū autē harū quatuor dotiū corporū doctores

Tho. sumūt a diuersis. Nā.s.Tho. Sumit numerū illarū ab his q̄ aia rationalis pro presenti statu cōmuniter cōfert corpori corruptibili. Uidemus enim dicit ipse sup primā epistolam ad Cor.xv.capi. Quod ex aia corpi corruptibili quatuor puenīunt:et tanto perfectiori modo quāto aia fuerit virtuosior. Nā primo corpori dat esse corpali.ipsa enī est actus corporis.ij.de aia. Sed tūc cum erit virtuosior:immo in summo perfectionis virtutis dabit esse nō corporale:sed spirituale.et hec est dos que dicitur subtilitas. Secundo hic

[illegible]ac anima dat corpori incorruptionem: vnde videmus
hoies ꝙ quanto sunt fortioris nature: minus a calore ꝛ fri-
gore patiūtur. cuꝫ ergo tunc aīa erit ꝑfectissima: cōseruabit
tūc corpꝰ oīno impassibile. ꝛ hec dos est impassibilitas. Ter-
tio hic anima dat corpori pulchritudinē ꝛ claritatē. Infirmi
eñ ꝛ mortui ꝓpter debilitatē operationis anime in corpus
efficiūtur discolorati. sed quādo erit I summa ꝑfectiōe faciet
corpꝰ clarissimū ꝛ fulgētissimū. Et hec dos ē claritas. Quar-
to aīa hic dat corpori motū: ꝛ tāto faciliꝰ quanto virtꝰ aīe
fuerit fortior supra corpꝰ. ꝛ ideo quādo erit in vltima sui per- Tho.
fectiōe dabit corpori agilitatē: ꝛ hec dos ē agilitas. hec Tho Bona-
vbi supra. Dñs aūt Bonauentura in .iiij. di. xlix. aliunde re- uētura.
cipit rationes quatuor dotiuꝫ corporis. s. ex quatuor elemē-
tis: ex quibꝰ corpꝰ nostrū cōpositum est. Nam qꝛ elementa
sunt imꝑfecta: corpus nostruꝫ quadruplicē habet ab eis de-
fectibilitatē. Habet enim primo corpus nostrū ab aqua: que
est elementum humidū ꝛ passibile corruptionem ꝛ passibili-
tatem. ꝛ huic Respondet dos que est impassibilitas. Secun-
do corpus nostrū habet a terra obscuritatē: quia terra est ele-
mentū opacū: ꝛ huic respondet claritas. Tertio corpꝰ nostrū
habet ab igne actibilitate. Nā calor continue consumit: et
ideo cōtinue indiget homo alimonia ciborū: qbꝰ fit corpus
spissum ꝛ grossum. contra que erit dos penetrabilitatis siue
subtilitatis. Quarto corpꝰ nostrum habet ab aere infirmita- Prima
tem. aer eñ facillime immutatur et cedit cuilibet impellenti: dos cor
sed tunc facilius mouebitur corpus ꝑ dotem agilitatis. Pri- pis glo
ma igitur dos corporis gloriosi est immortalitas siue impas- riosi.
sibilitas vigorosa qua corpꝰ ex virtute anime ab omni lesio-
ne seruabitur immune. Ratio huius dotis ē ista: quia sicut
anima erit perfecte subiecta deo: ita corpꝰ humanum: ꝛ quic-
quid in eo est: erit aīe rationali perfecte subiectum. ꝛ ideo in
corpore glorioso nō poterit eē aliqua immutatio cōtra dispo-
sitionem illam qua perficitur ab anima. Unde in corporibꝰ
sanctorū post resurrectionem nulla actio vel passio poterit
prouenire a qualitatibꝰ elemētalibꝰ que fit cōtra dispositio-
nē aīe: que intendit corpꝰ ꝑpetuo cōseruare. corpora eñ no-
stra nūc ꝓpter inequalitatē: cōtrarietatē: et litē ꝛ pugnā qua-
tuor elemētorū: ex quibꝰ cōponūtur tandē corrumpūtur ꝛ in-
cinerātur; in die autē iudicij in beatis omnis cōtrarietas: et
lis ꝛ pugna et inequalitas reducetur ad omnimodā pacē: cō- Ap. vij.
cordiā ꝛ equalitatē. Unde Apo. vij. ꝛ. xxj. dicitur. In die illo et. xxj.
mors nō erit vltra neqꝫ luctꝰ neqꝫ clamor neqꝫ vllꝰ dolor: quo- Paul. j.
niā priora abierūt. Et paulꝰ. j. Cor. xv. Oportet eñ corruptibi- cor. xv.
le hoc induere incorruptionē: et mortale hoc induere inmor-
talitatē. Cū aūt mortale hoc iduerit imortalitatē: tūc fiet ser-
mo q̄ scriptꝰ est. Absorpta est mors in victoria. Et Augusti. Augu-
ad Dioscorū. Tā potēti virtute deꝰ fecit animā: vt eius bea- sti.

Secũ= titudo redũdaret i corp⁹:ꝛ plenitudo sanctitatis ꝛ vigo:
da dos priõis. Scđa dos corpis glosi ponit eē subtilitas v̄tuosa. nã
corpis quãto corpa sũt nobiliora: tãto sũt subtiliora: s3 corpa glio
glorio= sa iter oia corpa sũt nobilissima: g̃ subtilissima. Dicit aũt qđ
si. subtile a v̄tute penetrãdi. i. ꝯ gn̄atiõe. Uñ dicit itellect⁹ sub
tilis: q2 ptingit penetrãdo vsq3 ad itrinseca pricipia: ꝛ natura
les ppꝛietates rei latẽtis. Et dicit qs habere subtilẽ visuȝ:
quia ad aliquid lõge nimiũ põt pertingere visu. Et corp⁹ si=
ue gladi⁹ subtilis: quia põt penetrare et pertingere vsq3 ad
itima rei. In die aũt iudicij corpora gloriosa ex virtute beati=
tudinis anime redũdãtis in corpora erũt tãte actiue virtu=
tis ꝙ poterũt penetrare quecũq3 corpora superiora ꝛ inferio
ra: multo efficaci⁹ quã aqua vł vinũ vel ignis: vł aer: vel vẽ=
tus. Aqua eñ penetratiua est: quia simplex: sed vinũ multo
magis. Propter qđ aqua bibita cũ modico vino magis refri=
gerat sanũ ꝙ̃ si biberetur sola: quia vinũ facit eã ad loca cor
Ricar. poris efficaci⁹ penetrare ad q̃ aqua p se penetrare nõ posset:
vt dicit Ricard⁹ i quarto distintiõe quadragesima nona. Cor
pora ergo sanctoꝝ post iudiciũ p dotẽ subtilitatis penetrabũt
celos sine eoꝝ lesione aut fractiõe: sicut nũc lux vitrũ ꝛ corpo
Psalm. ra inferiora cedẽt eis: pertransibũt mõtes ꝛ saxa sine resistẽ=
Grego. tia ꝛ lesione: vnde ostia: muri: clausure: immo ꝛ capse ferrate
cedẽt eis. Psal. i noie tuo trãsgrediar murũ. Et Grego. i. iiij.
li. moraliũ dicit. In illa resurrectiõis gloria erit corp⁹ nostrũ
Tertia subtile perfectũ spiritualis potẽtie: sed palpabile p virtutes
dos cor= nature. Tertia dos corporis gloriosi erit agilitas vigorosa.
poris Nõ eñ corpora gloriosa erũt grauia: quia i motu corporum
gloriosi gloriosorũ nõ erit aliqs labor: sed erũt agilia: eo ꝙ aia tũc per
fecte dñabitur corpori: ꝛ ideo corp⁹ p dotẽ agilitatis subijcie
tur aie quãtũ ad imperiũ q̃ ad motũ: vt sine labore aliquo q̃
vult moueatur. subito ergo homo cũ corpore mutabitur de
loco ad locũ immo quasi in momẽto quocũq3 voluerit discur
Ysa. iiij. ret. Magna ẽ agilitas aquarũ currentiũ. Maior est auiũ vo=
lantiũ. Maior sagittarũ. Maior solis. Maior imaginatiõis q̃
Math. subito vadit q̃ vult. Sed supra oẽs maior erit agilitas corpo
xiij. rũ gloriosorũ. Unde ysaie quarto dicitur. Currẽt ꝛ nõ labora=
bũt: volabũt et nõ deficiẽt. ꝛ. Sapiẽtie tertio ꝛ Mat. xiij. Ful
Obiect. gebũt iusti ꝛ tãq3 scintille i arũdineto discurrẽt. Qđ si arguat:
Ꝯ id qđ q2 scribit prime ad t hessa. iiij. Qđ corpora glĩosa dicũt ferri
dicitur ab angelis ꝛ nubib⁹: ergo nõ erũt agilia sed grauia. Rñdet
i tertia ꝙ corpora gloriosa nõ dicũtur ferri ab angelis q2 grauia: ꝛ p
dote. pter defectũ agilitatis: q2 tũc eoꝝ mot⁹ eẽt cũ labore ꝛ pena: ꝛ
Rñsio. corpora eoꝝ sic nõ essẽt subiecta aiab⁹ pfectis ꝛ beatis vt dictũ
est. Sed dicũtur corpora glĩosa ferri a pdictis ad reuerẽtiã
Quarta designãdã: q̃ corporib⁹ glĩosis ꝛ ab angelis ꝛ ab oib⁹ creatu
dos cor ris deferet. quarta dos corpis glorificati erit claritas glĩosa:
poris glo de q̃ dicit Math. xiij. Iusti fulgebũt sicut sol i regno patris
rificati. eoꝝ. qđ qđẽ iuxta doctoꝝ sentẽtiã intelligẽdũ est: nõ de clari

solis scdm q nūc lucet: sed scdm q post diē iudicij luci- Math.
d⁹ erit. Sed teste ysa.xxx.c. In die illa erit lux lune sicut lux xiij.
solis: et lux solis erit septēplicit sicut lux septē dierū. Sequitur ysa.xxx.
q minim⁹ iter sāctos ad min⁹ lucebit septies q nūc luceat
sol. Et si hoc verū ē: q̄ i duplo erit beatior: erit quatuor decies
tātū lucid⁹: et sic multiplicādo de gradib⁹ beatitudinis bea
torū vsq ad virginē ⁊ christū: q̄ gratia aīe ei⁹ ⁊ corporis cū pl⁹
passiōis habuerit q̄ ceteri omes simul: quātū ꝫ erit lumino-
sum corp⁹ ei⁹ sanctissimū. Proptē claritatē ꝫ ⁊ planetarū ⁊ cor
porū glorificatorū (quorū vnū loco solis ad nūc illuminādū
mūdū posset ponere de⁹) dicit sāct⁹ Tho.i.iiij.vbi supra. Q̄d Tho.
i die iudicij nox nullibi erit nisi i cētro terre. De hac claritate Job.
dicit Job.xxiij. Nō adequabit ei aurū vł vitrū. Et Paul⁹ ad xxviij.
Ephese.iij. Reformabit corp⁹ hūilitatꝭ nr̄e cōfiguratū corpori Paul⁹
claritatꝭ sue. Hic tn̄ notādū ē q christ⁹ nō habuit dotē clarita ad ep-
tis: sicut nec etiā alia dotes. Nā neq angeli neq christ⁹ ha- he iij.
buerūt dotes. Nō q̄dē āgeli cū ipsi nō habeāt rōnē spōse q̄
conformitatē nāe cū spōso hēre dꝫ. Nec ēt xp̄s habuit dotes.
q: dos assignat spōse ⁊ nō spōso. xp̄s aūt ē spōsus ⁊ nō spōsa. Xp̄s an
Johā.iij.ꝫ. Un̄ nō ē dōꝫ sicut dicit Ugo de scō victore: q xp̄s habuc-
assūpsit q̄tuor dotes. Claritatꝭ i trāsfiguratiōe. Agilitatꝭ am rit do-
bulādo sup mare Subtilitatꝭ egrediēdo de clauso vtero ꝟgi tē.
nis. ⁊ ipassibilitatis i cena qn̄ dedit corp⁹ suū ad cōedēdū si Ugo de
ne h̄ q diuideret: q: dotes noinātꝛ ⁊ sūt q̄dā nōlia. sed claritas scō vi-
xp̄i i trāsfiguratiōe fuit miraclosa: sicut ⁊ q̄d āmbulauerit sup ctore.
vndas marꝭ. q sine viro ɔciperet. q clauso ꝟgis vtero exiue-
rit: ⁊ alia hmōi vt dicit Tho.iiij.sniaꝝ di.xlix.arti.iij. Sꝫ forte
q̄res vtrū claritas corpis gl'iosi poterit naturalit videri ab Tho.
oculo n̄ gl'ioso? R̄hdet q sic: nā claritas corpis xp̄i cui assimi
labit visa fuit ab oculis discipuloꝝ nō gl'iosis. Et impij vide q̄stio.
būt claritatē iustoꝝ ex q̄ torq̄buntꝛ: ꝫ ⁊ claritas corpoꝝ beato R̄nsio.
rū poterit videri ab oculis no gl'iosis: ⁊ ɔsequēter videbitꝛ glo
ria animaꝝ itra corpora gl'ificata positarū sicut i vitro cogno
scitꝛ color corpis q̄d i vase vitreo ɔtinetꝛ. ppterea Gregori⁹ di-
cit. Ibi q̄ppe vniuscuiusq mētē ab alteri⁹ oculis mēbroꝝ cor Grego-
pulētia nō abscōdet: sꝫ patebit anim⁹ corpalib⁹ oculis: ⁊ ip̄a rius.
ēt corpis hermonia. Sicq vniuscuiusq tūc mēs erit ɔspica-
bilis alteri: sicut nūc eē nō pōt ɔspicabilis sibi. ⁊c. Si aūt q̄ra Quest.
tur vtrū necessario illa claritas videatꝛ. Dr̄ q nō: nā i corpe
gl'ioso ē sūma obediētꝭ. ad aīaꝫ: ꝫ i volūtate ⁊ ptāte aīe erit q R̄nsio
corp⁹ suū videatꝛ vł nō sicut cornicul⁹ ōn̄dit suā claritatē qn̄
vult aut nō sibi placet: ⁊ xp̄s disparuit qn̄ voluit ab oculis di
scipuloꝝ i Emaus: ⁊ qn̄ voluit: viderūt eū ⁊ cognouerūt. pro-
pterea dicit Aug.xix.ō ciuit.dei.c.xxvij. Imperabit de⁹ hol. August
animus corpori.⁊c. Istas quatuor dotes paul⁹.j.Cori.xv.po Paul⁹
suit dicens. Stella differt a stela in claritate: sic et resur-
rectio mortuorum. Seminatur scilicet corpus corruptibile: et
sepelitur in corruptione in terra: resurget in corruptione.

f.immortale.Ecce imortalitas siue impassibilitas.Et di ... nat.f.mortuꝰ dū sepelit.Nā apostolꝰ vocat sepelire: seminare.Sicut eīm granē seminat vt faciat fructū:ita seminat corpus ꝛ sepelit:vt resurgat gloriosum cū fructibꝰ.Sequit textus.Seminat corpꝰ animale ꝛ grossuꝫ materiale: surget corpus spūale.i.quo ad oē ale imperiū quo ad motū vel qꝛ habebit cōditiōes spūs ad penetrādū vbiqꝫ sine fractura.ecce dos subtilitatis.Seminat in ifirmitate idest sepelit corpꝰ infirmū ab aīa de difficilli mobile:qꝛ corpꝰ qđ corrūpit:aggra

Sapie. nat aīam.Sapie.ix.Surget in virtute.i.mobilitate.f.fm volūtatē ale:ꝛ ꝑ dotē agilitatis.Seminat.i.sepelitur corpꝰ fm

Ambr. Ambro.in ignobilitate obscuritatis et deformitatis:surget in gloria.i.cum claritate ꝛ formositate per dotem claritatis.

Augu. De istis q̄tuor dotibꝰ dicebat Augustinꝰ.xxij.de ciuita.ca.xx. Aberit ja corporibꝰ nostris omnis tarditas:ois deformitas: omnisqꝫ infirmitas:omnis corruptio.Tūc verificabit illud

prōuer. vltimo. puer.vltimo.Oēs domestici eiꝰ vestiti sunt duplicibus scilicet dotibꝰ anime ꝛ corporis.Tūc vificabit illud Apo.vj.Da

apo.vj. te sunt illis singule stole albe:ꝛ dictum est vt quiescerēt adhuc modicū tp̄s.donec impleret numerꝰ cōfratrum suorum.

ysai.lxi. Et tūc dicet anima illud ysa.lxi.Induit me dn̄s vestimentis salutis ꝛ quasi sponsam ornatā me ornauit monilibus suis.

Questi. Exta q̄stiūcula est.Si dotes aiarū et corporū in celo empyreo sint idem cum beatitudine

Rñsio. ipsaꝝ.Ad quā respondetur negatiue dicēdo:

Dos in qnqꝫ differt a beatitu dine. ꝙ dos differt a beatitudine in quinqꝫ.f. in subiecto:in nūero:in mō:i vocabulo:ꝛ in termino.Primo differt in subiecto qꝛ beatitudo idest homini scđm illud qđ est potissimuꝫ in

Primo. eo.f.secūdum intellectum.vt dicit philosophus.ij.Ethi.Sꝫ dos est etiam in corpore.Secundo dos differt a beatitudine

Scđo. in numero:quia beatitudo est vna tantum:dotes vero sunt

Tertio. plures vt patuit supra.Tertio differt in habedi modo:quia dos datur sine meritis sed beatitudo,nō datur:sed redditur.

Quarto. Quarto differt in significato:qꝛ dos est quidā ornatus corporis ꝛ anime.i.quidā decor beati in eterna beatitudine iugiter perseuerans.vt dictū est.Sed beatitudo ꝓprie loquēdo

Quito. nō est ornatus ale:sed aliquid qđ ex ornatu prouenit.Quinto differt in termino.i.in fine vltimo.quia dos ordinatur ad delectabilē vnionem:qđ patet qꝛ dos est illud per qđ spōsa delectabiliter iungit spōso.Sed beatitudo nō ordinatur ad cōiunctionē sed ipsa coiūctio aie cū xp̄o que est per operationē.i.per ipsam dei clarā visionē.Unde dotes non sunt ipsa beatitudo:sed sunt quedā dispositiones vel qualitates vel ornatꝰ ex qbus btī ad beatitudinē ordinant:ita ꝙ dotes sūt dona disponētia ad ꝯiūctionē cū xp̄o ꝑ cooperationē.i.ꝑ im

Tho. mediatā visionē.Tho.in.iiij.sniarū.di.xlix.arti.ij.eliciture.



Eptima q̄stiūcula est. Si vltra dotes p̄dictas Qō.
ācc̄q̄ aliud necessario req̄rat ad verā ꝛ pfectā i Rn̄sio.
celo empyreo btitudinē. Ad quā rn̄det affirma
tiue ꝙ sic. Nā vltra dotes req̄runt tria. s. diui-
ne grē iſluētia: luminis glie refulgētia: diuine
eēntie clara euidētia. Pmo req̄rit iſluētia diuie
grē. pbat rōne: auctoritate: ꝛ similitudine. Nā nullꝰ intelle-
ctꝰ creatꝰ angelicꝰ vel hūanꝰ sua naturali ꝟtute pōt ptinge-
re vbi ꝯsistit pfecta btitudo. habitat eñ deꝰ luce inaccessibi-
lē. ꝛ nos cū creati sumꝰ ad icreatū ꝛ diuinū nō attingimꝰ na
turalr: sꝫ ad creatū ꝛ finituꝫ: ergo indigemꝰ diuina grā. pro Paulꝰ:
pter hoc. Paulꝰ. Ro. vj. dicit. Gratia dei vita eterna. i. vita q̄
est visio dei ꝛ iesu xp̄i. quē misit pater i mūdū: est ex grā dei.
Et prime ad thi. vj. Deꝰ lucē habitat inaccessibilē quē nullꝰ
hoīm vidit. Ubi gl. dicit ꝙ nullꝰ hoīm ad ea ex se accedit: sꝫ Ambr:
mo ibi regebatur:⁊ super oia gratuita dei prouidētia qua omnis
corruptiua cōtrarietas amouebatur. Et quia ad amenitatem etiā
loci requirunt flumina ⁊ aque:ideo etiā de loco voluptatis fluui⁹
scaturiebat ad irrigandū paradisum. Gen.ij. De quib⁹ fluuijs sic
dicit Basilius in suo Exameron. Paradisus terrestris situatur in Basili⁹.
quodā altissimo mōte:de quo aque cū tanta abundantia ⁊ strepi Origo ꝗ̄
tu refluūt:vt absurdescere faciāt eos qui ꝓpe habitāt:⁊ ruētes de tuor flu-
monte paradisi:faciūt quendā locū aquarū maximū:ex quo tāꝗ̄ minum ⁊
ex quodam fonte maximo nascuntur quatuor magna flumina:de ipsorum
quibus dicitur Gen ij. Nomē vni Phison:qḋ interpretatur muta- nomina.
tio oris. habet eñ scḋm magistrum in historijs fluuius iste in suo Gene.ij.
ꝓcessu multas varietates scḋm diuersa loca.⁊ postea dict⁹ est gā-
ges a gāgaro terra euilat quā circuit est ꝗdā pars indie:ꝗ post di
luuium fuit possessio. Ab euila de genere Chā de quo habet Gen.
x.⁊ primi Para.primo. hec patria abūdat in metallis:aromatib⁹⁊
gemmis vt dicit Plini⁹ Bedelliū est lapis ꝓciosus. Similiter ⁊ onix:
ꝗ sic nominatur ꝓpter similitudinē ad vnguē humanā.onix enim
grece:latine vnguis dr̄. Nomen fluuij scḋi gyon qḋ circuit oēm
terrā ethiopie:que regio vicinitate solis habitatores feruore deni
grat:habēs plimas gētes vultu ⁊ spē mōstruosas:⁊ in bestijs abū
dat horridis. Et ethiopes a Chus filio Chā sunt noiati:a quo di-

ginem tatarũt:nũc hic gyon vt dicit Aug. ⁊ Isidorus nylus nominatur. Nomē fluuij tertij tygris:qđ sic dicitur propter felicitatē fluxus eius:quia videtur ēe velocissimi cursus inter fluuios:sicut inter animalia tygris est animal velocissimũ. hoc flumē vadit contra assyrios. Syria aũt est pars asie:⁊ est dicta ab Assur filio Sem:qui illam regionē primo post diluuiũ inhabitauit a quibus assyrijs (vt dicit Isidorus) primo venerũt apparatus vestimentorum purpureorum:vsus edorum:⁊ vnguentorum ex quibus fluxit grecorum luxuria. deinde ⁊ nostrum oĩm. Nomē vero quarti fluuij dicitur eufrates:q̃ secundum expositores copiosissimus est ⁊ fecũdissimus in gemis ⁊ alijs bonis. ⁊ fluit per mediã Babiloniã sicut Secana per Parisios:⁊ tyberis per Romaz. ⁊ traxit nomē ab vbertate:nã eufrata hebrayce interpretatur frugifer. Duobus istis fluminibus dixit Aug. viij. sup Gen. vetustas nomina mutauit. s. gyon q̃ nunc dicitur nylus:⁊ physon q̃ nunc dicitur ganges:sicut tyberis prio Albula vocabatur. Duo vero alij fluuij. s. tygris ⁊ eufrates noĩa non mutauerũt. ⁊ licet Salustius ⁊ Josephus scripturã infirmare cupiẽtes dicãt q̃ hi quatuor fluuij in quibusdã regionibus extra paradisum videntur deriuari:vt tygris ⁊ eufrates in armenia ⁊c. Ad hoc rñdet Augu. viij. sup Gen. q̃ sicut frequenter visum est:aque magne absorbentur in terra que post longũ subterraneũ decursum postea egrediuntur alibi vbi oriri videntur. Quia ergo omnibus ad amenitatē bonitatẽq; loci ⁊ prie requisitis datus adeo decoratus ex superioribus dictis locus paradisi terrestris esse digno scitur. Idcirco dicit Isidorus q̃ hebrei illũ locũ vocãt geneden. i. ortũ deliciarum. greci deliciarũ ortũ. latini paradisuz voluptatis. Quod si et quis curiose magis q̃ vtiliter querat q̃nti sit ambitus paradisus terrestris. Ad hoc rñdetur q̃ hoc nemo vere scire põt nisi is cui voluit deus reuelare. Nã postq̃ hõ per peccatum iumentis incipientibus similis factus est:eiectus de paradiso:locus ille inaccessibilis est cõstitutus. Collocauit eñ dicitur Gen. iij. Deus post pctm ante paradisum cherubin:⁊ flãmeũ gladium:atq; versalitatē ad custodiendũ viã ligni vite cherubin. i. angelicã custodiam fiammeũ gladiũ. i. zonã torridã q̃ dicitur versatilis:quia sol per quē cãtur ibi caliditas impertrãsibilis appropinquat ad nos in estate ⁊ in hyeme elongatur:ideoq; nullus post peccatũ locũ illũ adire potuit aut poterit. Quidã tñ Joãnes anglicus dicit in lib. quez de situ orbis inscripsit q̃ ambitus paradisi terrestri est equalis circulis triũ insularum magnarum. s. anglie:sicilie ;sardie:quarum ãbitus ē octingẽtorũ:duũ miliũ miliariarũ. nã anglia cingitur mille septingentis miliaribus. Sicilia sexingẽtis. sardinia vero trecẽtis. hoc aũt scire potuit operē alicuius spũs aut ex motibus astrorum vel apparitionibus stellarũ. hec Tho. henric. ⁊ intra q̃stiũculã adducit.



Tertia questiuncula est. Quot sunt q̃ in hunc ortũ deliciarũ ⁊ voluptatis paradisum trãslati fuerũt. Ad quã rñdetur q̃ primus trãslatus in hunc locũ fuit prothoparens noster Adã qui vt dicit Josephus extra paradisum sexto die mundi:in campo damasceno de limo

Augus. Isidorus Siria a quo denoiata. Isidorus Augus. Tyberis prio dicebatur albula. Salust. Josephus. Augus. Isidorus Paradisus terrestris q̃ sortitur nomina Quest. Rñsio. Gen. iij. Joãnes anglicus: de ambitu padisi terrestris. Ambitus Anglie. Ambitus Sicilie. Ambitus Sardinie. Questi. Rñsio Josephi

terre rubre plasmatus fuit a qua nois appellationē traxit. Nam
adā ebrayce terra rubra interptať. ⁊ exinde q̄si in instātia: a deo
per aera trāslatus in paradisum. Uñ dicit Ge ij. Tulit ergo deus
hoiem. s. de loco cāpi damasceni in quo eū formauerat extra pa-
radisum. ⁊ trāstulit eū in paradisum voluptatis. Alij tñ dicūt ꝙ
adā formatus fuit circa mediū terre habitabilis ꝙ esse vr̄ hirlz:
q̄ est quasi vmbilicus orbis: tū qr ibi secūdus adā. s. xp̄s nascitu-
rus ⁊ moriturus erat tñ vt trāseundo de medio orbis terrarum
ad extremū orientis vbi erat paradisus: videret ⁊ attēderet q̄nta
fecisset deꝰ in supficie terre ⁊ q̄ntū distaret glīa paradisi regiōis:
quā pparauit spāler habitatiōi hoim a regiōibus bestiaꝝ: ⁊ fm
hanc cōsiderationē nō habuit hō in instāti trāsferri de loco i quo
formatus fuit in paradisuz nec superiꝰ p aera duci: sz successiue i
ferius per terrā: vľ oia cōspicere posset. Deinde tēptatꝰ per Euā
serpēte inde eiectus est: indutus tunica pellicea: iō (fm Dñicum
tholosanū) vt ostenderet Adde ꝙ sicut pellis abstrahit ab aīali
prius viuo: deinde mortuo: sic mortalitas sui ⁊ suoꝝ successorum
tracta fuit a viuentibꝰ priꝰ in statu innocentie parentibꝰ deinde
mortuis p pctm̄. hec ille. Et vt dicūt cōiter oēs doct. xp̄iani ⁊ po-
nit Uincen. histo. li. j. Adā ⁊ Eua ipo die creatiōis sue. s. feria. vj.
⁊ sexto die mūdi circa meridiē puaricati sunt ⁊ paulo post circa
horā nonam fm hebreos decia hora inde eiecti sunt. vñ ⁊ nouus
hō xp̄s post multoꝝ annorū curricula feria eadē ⁊ eadē hora se-
xta crucifixus eiusdē pcti debitū soluit: ⁊ circa horā nonā expirās
latroni aditū paradisi reserauit. Ex qbꝰ intelligit ꝙ adā primus
hō formatus fuit extra paradisum: vt intelligeret ex hoc ꝙ locꝰ
ille deliciarū tā egregiꝰ nō debebat sibi ex cōi cursu nature: sz ex
spāli dono diuine grē sicut ⁊ imortalitas: quā hō p statu innocē
tie dicto mō habuisset Eua aūt in padiso formať pp̄ter dignita
tē pncipij ex quo corpus eiꝰ formabatur: nā silr ⁊ filij in paradiso
fuissent nati pp̄ter dignitatē parentū q̄ ibi iā erant expositi. ma-
gister tñ hysto. dicit ꝙ iō Eua in paradisum facta est vt ex hoc
mulier grauior ⁊ honorabilior haberet Scđs qui i padisum trāsitꝰ
fuit Enoch de q̄ dr̄ Ge. v. Enoch ābulauit cū deo ⁊ nō apparuit qr
tulit eū dñs. Nā pp̄ter excellentiā sue virtutis (dicūt doct. catho
lici) assumptꝰ fuit a deo: ⁊ positꝰ in paradiso terrestri. de quo etiā
dr̄. Eccľ. xliiij. Enoch placuit deo ⁊ trāslatus est in paradisum vt
det gentibꝰ sapientiā. Tertiꝰ fuit helias de quo dr̄ Malach. vlti-
mo. Ecce ego mittā vobis heliā pphetā anteq̄ veniat dies domi-
ni magnus ⁊ horribilis: ⁊ cōuertet cor patrū ad filios. De eodem
hr̄ Math. xvij. ⁊. iiij. Regū. ij. vbi dr̄ ꝙ helias ascēdit per turbinē
in celo qđ nō pōt de celo empyreo intelligi: qr nullus ibi intrauit
ante anscentionem christi: igitur oportet intelligi de aliquo loco
celesti. vel celestis dispositionis qualis est paradisus terrestris:
quam Damascenus libro. ij. vocat diuinam regionem. Iterū cuz
scriptura non dicat Enoch ⁊ heliam mortuos esse: non videtur
vbi conuenientius collocentur vsq ad finē seculi q̄ in paradiso.

opiniōs creatiōe pmi parentis.

Adā q̄d ebrayce interpretetur.

Geñ. ij.

Alia opinio.

Dñicus tholosanus.

Uincen.

Eua q̄re formata fuit i paradiso terrestri

Geñ. v.

Eccli. xliiij.

malach vltimo.

Damascenus.

nec vĩ vnde vitã alalem cõgruentius cõseruare possent:q̃3 de fru=
ctu ligni vite qḋ est in medio paradisi. Causam autẽ trãslationis
istorũ duorũ in paradisum ⁊ ibidẽ conseruationis: vna cõiter assi=
gnant oẽs doctores catholici dicẽtes: q̃ ad hoc reseruant̃ in vita
ibi vt in iudicij die quẽ precedet pfidia antixp̃i: exeãt inde ⁊ cõtra
cũ predicẽt: ⁊ reducãt illos qui tũc erũt increduli ad fidẽ xp̃i. Tho
mas aũt sup epistolã ad hebre. xj. assignat etiã aliã rationem di=
cens. Ratio aũt quare mors enoch ⁊ helie dilata sit vsq̃ in finem
mũdi: est q̃ doctrina veteris testamẽti ordinatur ad pmissa noui:
in quo nobis spes vite pmittitur. Math. iiij. Penitentiã agite: ap=
propinquabit eñ regnũ celorũ: ⁊ iõ data a dño snĩa mortis Ade:
voluit etiã ducere hoĩes in spem vite: qḋ fecit in patribus vtriusq̃
status. s. nature: legis: ⁊ gratie. in statu quippe nature in enoch: in
statu legis in helia: in statu gratie in xp̃o: per quẽ dat̃ nobis effe=
ctus hui⁹ promissionis. i. vita eterna: q̃ resurgens ex mortuis am=
plius nõ morit̃. Isti aũt diu in paradiso viui: morient̃ p antixp̃m.
Dñs aũt Hẽricus de Assia addẽs ad istos dicit sic. Et fortasse nõ
solũ enoch ⁊ helias ad predictũ finẽ predicãdi ɔtra antixp̃m in pa
radiso ɔseruãtur sed ⁊ Johãnes euãgelista: ⁊ illi qui resurrexerũt
cũ xp̃o. ⁊ venerũt in sanctã ciuitatẽ: ⁊ apparuerũt multis de quib⁹
habet̃ Mat. xxvij. Sed notãter dicit Henric⁹ fortasse: q̃ Hierony.
de Johãne euãgelista dicit sic formaliter. In his qui cũ xp̃o surre
xerũt: perpetuã resurrectionẽ iam esse cõpletã nõnulli credunt cu=
stodẽ virginis in glorificata carne gaudere cũ xp̃o: necnõ de bea=
ta virgine factũ nõ ãbigim⁹. Et. s. Thomas in quarto. di. xliij. ar.
iij. dicit. Pie credit̃ de beata virgine ⁊ Johãne euãgelista: q̃ eorũ
resurrectio nõ sit dilata vsq̃ in finẽ mũdi. In paradiso etiã alalia
bruta nõ fuerũt creata: s3 dispõne dei ibi adducta. serpẽs ẘo opõ=
ne diaboli. Hec Tho. vbi supra ⁊ ceteri intra q̃stiunculaz adducti.



Quarta questiũcula est. An penes ea circa que attendit̃
salubritas regionũ regio oriẽtalis cõmuniter infideliũ
eligibilior sit ⁊ gratior regionib⁹ occidẽtalibus ⁊ cõmu
niter xp̃ianorũ. Ad quã dicũt oriẽtales q̃ patria eorũ
sit gratior occidẽtali: ⁊ ad habitãdũ eligibilior. Et pro
bant hoc rationibus primo sic. Nam sicut pretactum est de men=
te philosophi. vj. politicorum. septem circa que attenditur salubri
tas ⁊ nobilitas patriarum: maxime ad plagam orientalẽ dextraz
celi: reperiuntur: teste scriptura ex dictis: ergo. Sunt autem illorũ
semptem videlicet primum nobilitas vegetabilium scilicet metal
lorum: aromatum ⁊ gemmarum. Secundum salubritas fontium
⁊ fecunditas fluminum pro generatione piscium ⁊ irrigatione ter
rarum adiacentium. Tertium situs congruentior ad solem ⁊ pro
pitior influentia quo ad influxum celestem. Quartum abundan=
tia vtilium ⁊ nobilium animalium vsibus hominum conuenien=
tium. Quintum amenitas situs ex montibus: siluis: fluminibus:
fontibus ⁊ mari proueniens. Sextum cõueniens copia ⁊ salubris
victualium. Septimũ temperies aeris ex regulari nascens dispo=

Cã trãslationis Enoch ⁊ helie in padisuz terrestrẽ et eorũ ibidẽ cõseruatiõis

Alia ratio q̃ est bti thome.

Math. iiij.

Henric⁹ de Assia

Hieronymus.

Tho.

Questio

Rñsio phũs.

Septem sũt circa q̃ attẽdit̃ nobilitas ⁊ salubritas alicuius patrie.

Primuz.

Scdm.

Tertiũ.

Quartũ

Quintũ.

Sextũ.

Septimum.

sitione aurar'his autem septem orientales excellere se iactant oc cidentales: τ dant causam iactantie. nam teste petro comestore: propter benignitatez solis τ salubriorem celestem influxum orie̅talem: quedam insule nimi sanissime τ multu̅ senescentes nutriu̅t homines: nec in ipsis insulis mori pn̄t nisi ad alias insulas transferantur. Sunt etiam in india arbores (vt scribit Alexander magnus Aristoteli) quarum fructibus sacerdotes solis τ lune: τ quibus dicate sunt: vescuntur: ex quorum esu ad trecentos annos sacerdotum vita protelatur. Secundo probatur ibidem ex scriptura sacra: per quam deus obedie̅tibus promittit terram promissionis in egyptum ad plagam orientis: que abundat lacte: melle: aquis vt patet ysaie.j.τ. Deut.vj. Sed in contrarium est plinius qui in vltimo totius libro naturalis historie dicit in toto orbe: et quecunq; celi conuexitas vergit: pulcherrima est omnium rebus: meritoq; principatum nature obtinens italia. Respondeo ad ha̅c dubitationem sub duabus conclusionibus. Prima q̄ in quibusda̅ aromatibus: metallis: fructibus: gemmis preciosis: orientalis infidelium regio: excellit occidentalium christianorum regiones et econuerso. hec conclusio patet ex superioribus dictis. Quod fecit deus τ natura propter duo. Primo propter mutuam τ amicabilez regionum et hominum adinuicem co̅tationem: que nutrit dilectionem et amorem: ad que̅ etiam disposuit q̄ vnus homo vel patria altero homine vel alterius patrie rebus indigeret et econuerso. Secundo illud factum est vt nemo vel nulla regio inspectis proprijs excellentijs se extollat τ superbiat quasi omnibus perfectior sit: et sibijpsi sufficiens omnino: et nullius egeat: sicut ergo raro est aliquis homo quin a quolibet alio in aliquo bono manifesto vel occulto excedatur: et ipse que̅libet alium in aliquo excedat: sic deus sapientissimus moderauit et temperauit regionum conditiones q̄ fere quelibet regio abundat in aliquo quo alia caret/vel minus habet. Propter quod τ alia diuine operationis magnalia que in dispositione terre sapie̅tissimus deus est operatus: scriptum est: Benedicat terra dominum laudet τ superexaltet eu̅ in secula: id est homo consideratione optime τ conuenientissime dispositionis terre in regionibus: in fluuijs: in vegetabilib' τ alalibus: τ ceteris bonis laudare τ superexaltare debet deum creatorem: qui disposuit cu̅cta sic propter hominem. Secunda conclusio regiones occide̅tales christianorum simpliciter in his communibus q̄ sunt conuenientis τ optimi victus humani: pro co̅seruatione legalis τ moralis vite: lo̅ge eligibiliores sunt τ in temporalib' ordinatiores: τ in naturalibus honestiores: τ temperatiores: τ salubriores regio̅ib' i fideliu̅ orie̅talib': τ Italia: hispania: Fra̅cia. Regiones occide̅tales xp̄ianoꝝ: oe̅m terra̅ Eiulath: india̅: iudea̅ superant τ excellu̅t i bonis sp̄ualib': i ꝯuenie̅tissimis bonis tp̄alib': τ i ordinatissimis τ honestissimis vsib'. hec ꝯclusio ꝓbat̄ ro̅ne τ auctoritatib'. Ro̅ne sic. Felicior est patria i q̄ ꝯditiones oe̅s optime regionis co̅ueniu̅t mediocriter τ moderate: qua̅ illa in qua vna ali

Petrus comestor.
Alexander magnus.
Secu̅da ꝓbatio orie̅taliu̅
Plinius.
Responsio ad q̄stione̅ p duas co̅clusio̅es.
Pri̅a co̅clusio.
Secu̅da co̅clusio.
Probatio hui' co̅clusionis p ro̅nem.

qua ex his vel plures nō tñ omnes concurrūt:lȝ ea est felicitate
italica vt quecūq; bonā regionē efficiūt.ipsa sibi mediocriter et
temperate ministret ⁊ suggerat:qđ in alijs non cōtingit:ergo nō
iniuria videt̃ ceteris regionib⁹ orientalibus preferenda.Accedit
ad hoc Uergilij auctoritas.Italiā primo georgicoꝝ lōgo carmi=

Uerba Plinij sup laudib⁹ Italie.

ne laudantis.Et Plinij.xxxvij.naturalis hystorie.c.vlti.Cui⁹ ver
ba hec sunt.In toto orbe ⁊ quarūdā celi connexitas vergit:pul=
cherrima est oībus reb⁹ meritoq; principatū nature obtinēs ita=
lia:rectrix parensq; mūdi altera viris:feminis:ducibus:militib⁹

Italia ē oīȝ regionū p̄stātissima.

seruitijs artiū p̄stantia:ingenioꝝ claritatibus nā situ ac salubri=
tate celi atq; tēperie:accessu cunctaꝝ gentiū facili:littoribus por=
tuosis.benigno ventoꝝ afflatu:etem cōtingit recurrentis posi=
tio in partem vtilissimā ⁊ inter ortus occasusq; mediā.Aquarum
copia:nemorū salubritate:montiū articulis: feroꝝ animalium in
nocentia soli fertilitate:pabuli vbertate:quicquid est quo care=
re vita non debeat :nusq; est p̄stantius:fruges:vinū:olea: velle=
ra:lina:vestes:iuuenci:ne equos qđē in trigarijs:p̄ferri vllis vna
culis animaduerto.Metallis auri:argenti:eris:ferri q̄diu libuit
exercere:nullis cessit.Et his nunc in se grauida pro oī dote.Ua=
rios succos ⁊ frugum:pomorūq; sapores fundit.Ab ea exceptis
in die fabulosis:prime qđem dixerim hispaniā quacunq; ambit

Laus vrbis Rōe

mari.Et tertio lib.cap.v.de vrbe Roma dicit.Roma oim terraꝝ
alumna eadem ⁊ parens numine deū electa:que celū ipsum cla=
rius faceret:sparsa congregaret īperia:rit usq; molliret ⁊ tot po=
pulorum discordes ferasq; linguas:sermonis cōmercio ꝯheret
ad colloquiū:⁊ humanitatē homini daret:breuiterq; vna cuncta

Laus Campanie.

rum gentiū in tot orbe patria fieret.Et de campanie ora q̄ nunc
regum Neapolis appellat̃.hec dicit ibidem. Felix illa: ac beata
amenitas cāpanie:in qua tota vitalis ac perhēnis salubritas ce=
li temperies est:tā fertiles campi:tā aprici colles :tā innoxij sal=
tus:tā opaca nemora :tā munifica siluaꝝ gña:tot montium affla
tus:tam frugum ⁊ vitiū:olearūq; fertilitas:tā nobilia pecori vel
lera:tot opima thauris colla:tā amniū: fontiūq; vbertas totam
eam perfundens:tot maria:portus:gremioq; terrarum cōmertio
patens vndiq; ⁊ tanq; ad iurandos mortales ipa auida in mare

Rñsio ad scđaȝ probationē.

percurrens.Neq; ingentia ritusq; ac viros ⁊ lingua manuq; su=
peratas cōmemoro gētes.Ipsi de ea vindicauere greci:genus in
gloriā suam effusissimum quotā partē.i.Apuliā ex ea appellan=
do greciā magnā:hec ille.Quomodo vero hyspania Francia et

Leuiti xxvj. Psal.

cetere occidentales regiōes superēt orientales:viderint ipsi ad
quos pertinet.Ex qb⁹ ptȝ rñsio ad primū orientaliū argu.Ad se
cundum rñdet̃ q bonitas p̃rie iudeoꝝ erat a deo ⁊ natura q̄ deo
obedit pp merita hoiȝ inhabitātiū si boni emulatores diuinorū
fuissent.Uñ Leui.xxvj.dr.Si in p̄ceptis meis ābulaueritis ⁊ mā
data mea custodieritis ⁊ feceritis ea:dabo vobis pluuias ⁊c. sin
vero dabo vobis celū desup sicut ferrū ⁊c.Uñ. Psal.dicit. posuit
flumina in desertū ⁊ exitus aquaꝝ in sitim ⁊c.pro hoc est hysto=

ria.3.Re.xviij.Ex quib⁹:duo aduertere possumus:q̄ vana est et friuola diuinatio astrologorū dicentiū de abūdantia ⁊ sterilitate locorū ⁊ annorū:cū hmōi varientur p̄ meritis vel demeritis hoim que nō subsunt stellis.Scōm q̄ felicitas:⁊ fecunditas:⁊ bñdictio antiq̄ terre p̄missiōis iudeorū trāslata fuit per xp̄m ad populum xp̄ianū occidētalē ⁊ durabit nobiscū si boni⁹ emulatores fuerim⁹: aut si conuertemur ad ipsum. Et hec de sexto receptaculo.sc3 de paradiso terrestri dicta sunt satis.



Quartum caput huius prime decadis est. Si anime defunctorū exire possint receptacula deputata eis: videlicet de paradiso:inferno: purgatorio : limbo: ⁊ de campis elisijs:⁊ apparere viuis . Circa quam quatuor questiuncule soluentur:quarum quelibet infra suo ordine declarabitur. Questio



Prima q̄stiūcula est.Si aie defunctorū possint exire eorū receptacula ⁊ apparere viuis.Ad quā vr̄ p̄io r̄ndendū negatiue.Nā Job.vij.dr̄.Qui descendit Job.vij. ad inferos nō ascēdet.Et psal.appellat aiam spm̄ euntē ⁊ nō reuertentē.Itē.psal.vt inhabitē in do= Psal. mo dñi oib⁹ dieb⁹ vite mee.Et Augu.lib.de cura Augu. aiarū dicit.Si in reb⁹ viuentiū interessent aie mortuorū:me pia mater nulla nocte desereret:que me terra mariq̄ secuta est vt mecū viueret.R̄ndeo dicendū q̄ aias exire de paradi= Respon= so:inferno ⁊c.⁊ dimittere receptacula sua.pōt intelligi duob⁹ mo sio ad q̄= die.Uno modo simpl'r vt in perpetuū vt sine reditu paradisus vel stiones. infern⁹ eorū ampli⁹ nō sit locus:⁊ sic est Cōclusio prima q̄ nullus Conclu= deputat⁹ ibi per sniam diffinitiuā absolutā inde exibit:q2 p̄miū et sio p̄ma. pena aiarū separatorū nunq̄ terminabit:vt expresse colligit ex.iiij. sniarū.di.xlvi.Et arguit in.c.tp̄s.xiij.q.ij.Nec est argumētū Tra= iani in cōtrariū:q2 per finalē sniam nō fuit dānatus.Alio modo pōt intelligi q̄ exeāt ad tēpus:⁊ tūc aut loquimur scōm ordinē nature:aut scōm ordinē diuine p̄uidentie.Si p̄mo modo loquimur: sit Scōa cōclusio q̄ aie separate scōm cursum naturalē receptacu= Conclu= lis p̄prijs deputate:inde nō recedūt vt appareāt viuis:tū ex par= sio scōa. te aiarū que cōuersationi separatarū substantiarū:⁊ nō cōuersationi hoim sunt deputate.Unde ⁊ phūs p̄imo ethi.dicit:q̄ cōicatio ci= Phūs.i uiliū operū esse nō pōt inter viuos ⁊ mortuos:tū etiā ex parte ho= ethicorū minū q̄bus apparēt:quorū cognitio est p sensum:⁊ a reb⁹ sensibi= libus:⁊ p̄pter hoc apparitio aie sepate hoibus est mirabilis:imo inter diuina miracula cōputāda:vt dicit.b.Tho.p̄i.p̄te.q.lxxix. Sanct⁹ ar.viij.in solutiōe.ij.argumēti.Si vo loquamur scōm diuinā di= thomas spēsationē:sit Tertia cōclusio:q̄ aie separate aliq̄n a suis recepta= Conclu= culis egrediunt ⁊ representāt se cōspectib⁹ hoim:q̄nq̄ egrediēdo siotertia celū auxiliādo obsessis:quantū ad aias sctōrū:vt p3 de.b.Felice martyre q̄ apparuit visibiliter ciuib⁹ Nolanis dū a barbaris op= pugnarent:vt dicit Aug.li.de cura p̄o mortuis habēda.Dānati Augu. etiā ante iudiciū dūtaxat ad tp̄s p̄missiōe diuina p̄mittunt aliq̄n

egredi receptaculũ inferni ⁊ viuẽtib⁹ apparere ad eruditionẽ: timorẽ: ⁊ terrorem viuẽtiũ. sicut ponit exẽplũ Greg. in. iiij. dial. de Bñdicto papa. ⁊ de vmbra sordida latrõis in vita. b. Marti. hec tñ ẽ dñia inter btõs ⁊ dãnatos: vt dt Tho. l. iiij. q: bti ꝟtute glie ⁊ dono grẽ gratis date apparere põt cũ volũt. Dãnati ꝟo nõ semper: nec sine pmissiõe diuina ⁊ ei⁹ puidẽtia. Cui⁹ rõ est q: sicut sctĩ in carne viuẽtis ex eis grã eis data: faciebãt quedã signa q̃ alij carẽtes dicta signa nõ poterãt facere: ita aiab⁹ sctõꝝ ex ꝟtute glie aliq̃ ptãs cõferẽ a deo ꝑ quã psit cũ volũt viuẽtibus mirabilr apparere. Psit etiã bti ⁊ dãnati apparere corpibus assumptis in habitu quo pri⁹ vtebant: sicut. b. Aug. apparuit fratri Alberto ĩ habitu põtificali dicẽs. Thomas mihi par est ĩ glia ꝟginali pstans mũdicia. Et Bernard⁹ dicit de quodã clerico: q apparuit henrico Aurelianẽsi epõ indut⁹ cũ pluuiali plũbeo grauiore turri pigmanẽsi. Patet etiã de Marso: cui apparuit papa Bñdict⁹ iunior in spẽ aialis mõstruosi. in. iiij. dialogoꝝ. Quarta cõclusio. Illi qui sunt in purgatorio pmittunt exire receptacula eoꝝ ⁊ venire ad viuentes añ cõpletã pniam ad hoc vt suffragia petãt: vt pz in. iiij. dialo. vbi dicit de aia pascasij: q beato Germano apparuit ĩ balneo. Quinta cõclusio. In limbo sanctoꝝ aie hoc modo dispẽsatiue exire potuerunt receptacula sua. vt de Moyse ⁊ helia Mathe. xvij. pz. Sexta cõclusio. Pueri in limbo nunq̃ egrediunt inde: tuz q: sunt in termino: tum q: egressus eoꝝ ad nihil pficeret. Septima cõclusio. Angeli boni in persona alarum corpibus cõpetentibus assumptis nobis frequẽter apparẽt: sicut angel⁹ bonus in ꝑsona dei apparuit Moysi. ⁊ idẽ pz in multis alijs appitionibus. Octaua cõclusio. Angeli mali ꝓpter deceptiões incantatorũ: corporibus etiã assumptis exeunt receptacula sua: ⁊ apparẽt viuis: sicut Sauli petẽti phitonissa vt diuinaret: ⁊ Samuelẽ suscitaret: nõ apparuit Samuel qui a dete sua nõ est excitat⁹ sed aliqð fantasma ⁊ illusio imaginaria diaboli machinationib⁹ facta: quam scriptura Samuelẽ appellauit. Sicut imagines noib⁹ reꝝ suaꝝ aliq̃n appellant. primi Regũ. xxviij. hec dñs Jo. de tur. cre. Cardinalis in. c. tẽpus. xlij. q. ij. Ad maiorem tñ euidẽtiã predictorũ nota hic vnum q̃ q̃uis aie sanctorũ vel dãnatorũ aliq̃n presentialiter adsint vbi apparent: nõ tñ credendũ est hoc semper accidere. Aliq̃n eñ huiusmodi apparitiones fiunt: vel dormiendo: vel vigilãdo operatione bonorũ vel malorũ spirituũ: vel ad instructionẽ aut deceptionem viuentiũ: sicut etiã viui homines aliquãdo alijs apparent ⁊ eis multa dicũt in somnis: cum tñ constet eos nõ esse psentes. hec Tho. iiij. sñiarum. di. xlv. ar. j. q. iij. in corpore. q. et in solutione argumentorũ. Qualiter añt cognosci possit an spũs apparens sit bonus vel malus: ostẽdit. b. Anthonius sic dicẽs. Non est difficilis bonorũ spirituũ malorũq; discretio. Si eñ post timorẽ successerit gaudiũ: a dño sciam⁹ venisse auxiliũ. q: securitas aie psentis maiestatis indiciũ est. Si aũt incussa formido pmãserit: hostis est qui videtur. Tho. iij. pte summe. q. xxx. ar. iij. in solutio-

Grego.
Differẽtia inter btõs et dãnatos ßm btm Thomã
Bernardus.
Quarta cõclusio.
Quinta cõclusio.
Sexta cõclusio.
Septĩa cõclusio.
Octaua cõclusio.
Aduerte de appatitionib⁹
Btũs Anthonius.
Spũs apparẽs q̃ põt cognosci si sit bon⁹ vel malus.

ne tertij argumēti. Ad argumēta i ɔtrariū dr̄: ꝙ intelligant̄ scd̄m primā conclusionem. ⁊ Augu. loquitur scd̄m cōem cursuȝ nature.



Ecūda questiūcula est: Si xp̄iana aut gētili ꝓbatiōe aliquos sp̄us effectualiter apparuisse comperiat̄. Ad quā r̄ndet̄ affirmatiue: nā īter xp̄ianos legit̄ primo ꝙ anno dn̄i. m. cccxxiij. ī ciuitate q̄dā frācie q̄dā guilhelmus de coruo defunctus est: in cuius domo post eius obitū ꝑ octo dies: vox q̄dā, flebilis: debilis: horrida: ⁊ deserta audita est a multis. Qua voce vxor eius sic ꝑterrita fuerat: vt in lecto decumberet ⁊ pene moreret̄. Mittit̄ ad fratrem Johannē gobi priorē ɔuēt⁹ ibidē ordinis p̄dicatorū: vt sociat⁹ fratrib⁹ aliq̄b⁹ ⁊ ciuib⁹ ꝓuide visitarēt eā. Qui assumptis secū tribus patribus: comitatusq̄ ciuib⁹ nulloq̄ fratre aut ciue sciēte: reuerenter accepto corꝑe xp̄i in sinu: ꝓficiscit̄ ꝓbaturus an vox illa fictitiū eēt: vl' illusio demonū. Cūq̄ diligētissime oīa loca domus clādestina et fictiōib⁹ apta (ne decipi posset) scructat⁹ fuisset. Interrogat vxorē in quo loco ab ea vox illa magis audiretur? q̄ r̄ndit in lecto in quo vir ei⁹ decesserat. Et illi sedere suꝑ lectū defuncti: ⁊ ibidē nouē lectiōes mortuoꝝ cū letania dicere ceperūt. In fine vero ꝓ rogationū vmbra q̄dā añ eos ire cepit versus lectū vxoris: sonumq̄ faciebat ac si per solū scopa duceret̄. Uxor cōcussa ⁊ tremula; cepit clamare. Ecce ecce o p̄res. Illi aliqualiter ꝑterriti tacuerunt. Sed prior vxorē monuit vt peteret quis esset: Qua interrogāte: ille r̄ndit voce miserabili in medio camere: se esse aīaȝ guilhelmi de coruo cōsortis sui. Tūc prior omni timore deposito cū socijs accessit ꝓpinquius: vbi vox illa intonabat: muniēsq̄ se signo crucis interrogauit sp̄m: si eū ⁊ socios fratres cognosceret: ⁊ r̄ndit ꝙ sic: eos ex noīe singulariter noīando. tūc prior cepit cūctis astātibus ⁊ audiētibus sic adiurare eū. Adiuro te creatura dei ꝑ potentiaȝ dei infinitā: per eius sapientiam ineffabilē: ꝑ ei⁹ bonitatē indicibilem: ꝑ virtutē sanctissime trinitatis quibus oīa creauit: ꝑ mysteriū scē incarnatiōis: passiōis ⁊ resurrectiōis: ꝑ virtutē oīm ordinū sctōꝝ angeloꝝ. Et per oē illō qd̄ dei virtute te pōt plus astringere cōstringo ⁊ astringo: ne recedas de loco hoc donec ad ea de quib⁹ te interrogauero veraciter r̄ndeas. Et prio iterrogauit. An esset sp̄us bonus vel mal⁹: ⁊ dixit ꝙ eēt bon⁹. Scd̄o si aīe finalr̄ sine oī defectu trāsmigrātes haberēt statim beatitudinē? ⁊ annuit. Itē iterrogat⁹ q̄s eēt: dixit ꝙ aīa Guilhelmi d̄ coruo: q̄ ibi ꝓ offēsaȝ mr̄isi quā peccauerat (q̄ añ deū grauissima reputat̄) purgatoriū ꝑticulare pati debebat ꝑ duos annos: nisi suffragat⁹ oꝛonib⁹ liberaret̄. Itē iterrogauit an bon⁹ angel⁹ vl' mal⁹ ibi eū adduxisset. Et dixit ꝙ bon⁹. Et q̄ suffragia mortuis meli⁹ opē ferāt petit⁹ dixit: Misse ⁊ psalmi penitētiales. Postq̄ vo m̄lta iterrogasset: dixit sp̄us: Rogo te p̄r me iterrogādo ā pli⁹: ne crucies. Scias tñ ꝙ p̄ñtia corꝑis xp̄i qd̄ ī sinu tenes: lenior sit pena mea. Quidā legis doctor de astātib⁹ cū iterrogaret q̄d suꝑ se ferret? r̄ndit latie cū antea fuisset ydiota. Portas sub cingulo abscōditū offm̄ btē v̄ginis

Questi.
Responsio.
Nota mirabilē apparitionem.

⁊ ſic erat. Interrogatuſq; ſub qua ſpē loqueret. R̄ndit oībꝰ audiē-
tibus ſub ſpē colūbe: ⁊ in ſignū veritatis hora gallicātus reperit
ſe dictus doctor coopertū plumis albis. Interrogatꝰ etiā an ſpūs
mali occurrent cuilibet morieti: ⁊ ſi oīs ſciētia alabus exutis infun
ditur. Reſpōdit ꝙ ſic. Interrogatꝰ quā penā ibi i hoſpitio ſuo pa
teretur: reſpōdit penā ignis. Itē ſi aliā penā haberet? reſpondit
aliam in purgatorio cōmuni. Et ſciſcitatus quō in duobꝰ locis di
ſtantibus ſimul pati poſſet? Reſpōdit ꝙ de die patiebat ignē in
purgatorio cōmuni: ⁊ de nocte ignē in purgatorio domꝰ ſue. Iuſ
ſus vt ſe ſignaret ſignoctucis. R̄ndit ſe nō habere manus. Inter-
rogatꝰ ſi audiret? R̄ndit ꝙ ſic: ſ; nō ꝑ aures ſ; potētiā dei. Interro
gatꝰ iterū q̄ꝫtū in purgatorio hoſpitij ſui ſtare deberet? R̄ndit al-
tiſſima voce clamās. Rogate ꝓ me orōnibus miſſis: ⁊ pſalmis pe
nitētialibus vſq; ad feſtū paſche: ⁊ tunc liberabor. Interrogatus
vero ab vrozequantū deberet in purgatorio communi ſtare? eiu-
lans reſpōdit. Roga: ⁊ p̄cari facias ꝓ me deū ⁊ me nō timeas: qꝛ
cito liberabor: ⁊ ſtatim euanuit: ⁊ velut quidā ventus exiuit: qui
oēs aſtantes inſufflauit ad modū cuiuſdā debilis flatus ⁊ ex tūc
nihil ibidē auditū fuit. Hanc mirabilē apparitionē ego preſentis
opuſculi cōpilator legi i quodā rotulo ⁊ inſtrumēto veridico trāſ

Pliniꝰ.

miſſo ſummo pōtifici ⁊ cardinalibꝰ tūc tpis apud Auinionē ꝯmo
rantibꝰ. Scribit itē Plinius iunior li. vij. de hmōi apparitionibus
ſic. Erat libertꝰ mihi nō illiteratꝰ: cū hoc minor frater eodē lecto

Nota mirabilem apparitionem.

quieſcebat: is viſus eſt cernere quēdam in thoro reſidentē admo
uētemq; capiti ſuo cultros: atq; etiā ex ipſo vertice amputantē ca
pillos. Ubi illuxit: ipſe circa verticē tōſus ⁊ capilli iacētes reperiū
tur. Puer itē (dicit ididē Plinius) in pedagio: mixtus pluribꝰ dor-
miebat. Uenerūt ꝑ feneſtras in tunicis albis duo cubanteq; detō
derunt: ⁊ via qua venerant receſſerunt. Hunc quoq; tonſum ſpar
ſoſq; circa capillos dies oſtendit.

Queſti. R̄nſio ꝑ duas cōcluſiōes. P̄ria cōcluſio.

Tertia queſtiūcula eſt: An aīe ſtatim egreſſe de corpore ſo
cientur angelis bonis vel malis: ⁊ ab eis deducantur ſine
mora ad loca deputata eis. Ad quā reſpōdendo ponunt
due cōcluſiones. Prima ꝙ aīe bonoꝝ poſt ſeparationē a corpore
ſi impedimētū; nō ſit: hoc eſt ſi nō habēt aliqđ purgabile ſcilicet
peccatū veniale: ſtatim euolant ⁊ deducūtur ad celum. Anime ve
ro malorū ſtatim deducūtur ad infernū ad inſtar ignis ⁊ lapidis
quoꝝ alter ſtatim aſcēdit ad ſpheram ſuā: ſi nō ſit impedimētū.
Lapis vero remoto omni obſtaculo: ſuo pōdere ſubito tendit ad
centrū. Et cōtrarium pro hereſi eſt: vt dicit Tho. iiij. ſentētiarum.
di. xlix. ar. viij. Qđ etiā ꝓbat rōne ⁊ autoritate. Prio ꝓbat rōne ꝑ
locū a ſufficiēti diuiſione ſic. Nā ſi aīe ſtatim poſt ſeparationē a
corpe nō reddit premium: hoc pōt eſſe ex tribus. Uel qꝛ anima nō

Probatio cōcluſionis ꝑ rōnem.

eſt capax: vel qꝛ anime premium non debetur: vel qꝛ ſtatim non
debetur. Non primū: qꝛ cū aīa ſit nature intellectualis: eſt capax
beate cognitiōis ⁊ viſionis dei: qui eſt principiū eſſendi eius quē
videre naturalr aīa deſyderat: ⁊ etiā hoīes futuri ſint ſiles ange

lis dei. Mat. xviij. Qui semp videt deu facie ad faciē: ergo statim recipiunt premiū. Itē premiū aie ppue debetur: nam tota rō meriti et demeriti est ab aia: qz corp⁹ nō fuit nisi quasi instrumentū. Itē merces statim mercario merēti red di dz: iuxta illud Leuiti. xix. Non morabit opus mercenarij tui apud te vsq mane: qd facere mali cōpetit deo: ergo statim recipit aia premiū exiēs corpus. Probat etiā autoritate: et pmo de bonis: nā latrōi Luce. xxiij. dixit xps. Hodie mecū eris in paradiso pūctādo in termino tibi: vt vno mō exponit. Chrisostom⁹. et Greg. in dialogis. Asic pfecto rū iustoꝝ mox vt huī⁹ carnis claustra excessūt: in celestib⁹ sedib⁹ recipiunt. Probat etiā de malis Job. xxj. ducūt in bonis dies suos: et in pūcto ad inferna descēdūt. In pūcto .i. in indiuisibili vite termino. et Greg. dicit. Qualis qsq hinc egredit: talis in iudicio presentat. xxv. dic qualis. Tho. in. iiij. di. xlv. q. ij. Secunda cōclusio. Anime egresse a corpe societate vadūt ad receptacula deputata eis. Probat hoc sanct⁹ bonauētura. in. iiij. di. ij. dicēs. Credēdum est qz in egressu aie a corpe assistant spūs bonus et mal⁹ vnus vl plures: et tūc data scdm veritatē a deo snia: si aia bona est: p mysteriū boni angeli adducit in celo vel in purgatorio quousq purgetur. post qz vero purgata fuerit: p eius ministeriū educit. Si vo snia sit mala p iudicatorꝫ: tunc p mysteriū demonū deducit ad infernū. hoc autē et dicit ipse est cōcedendū pbabiliter et nō temere asserendū. Nā Greg. dicit in qrto dialogoꝝ: qz aie reproboꝝ per seipsas descēdunt ad infernū: hec dns bonauentura.

Leui. xix.

Proba tio p autorita.

Luc. xxiij.

Grego.

Job. xxj.

Grego.

Secūda cōclusio.

Bonauētura.

Grego.

Questi. Rñsio.



Quarta questiuncula est: An liceat requirere morientē vt sibi reuelet suum statū post mortē. Ad quā rñdetur qz tribus modis cōtingit aliquē statum alicuius post eius mortē exquirere: scz aut cū psumptione: aut cum dubitatione: aut cū humilitate et desyderij impletione. Primo cū psumptione: puta cū aliquis superbe vel psumptuose de sua facultate cōfidens hoc petit: talis peccat. Secūdo cum dubitatione puta: qn petens dubitat de futuro statu: et talis etiā peccat. Tertio exquiritur pie et humilr ex desyderij adimpletione. et tunc petens ab aliquo vt post eius mortē sibi appareat: non peccat. Cuius ratio est qz cū oēs hoies nature scire disyderēt. Inquirere adimpletionē desyderij naturalis non est peccatū hec Tho. quolibeto. ij. q. ij. in corpe questiōis et in solutione argumētorum. Dñs vero henricus de Assia rñdet qz hoc minime lz: qz quādam curiositatē sapit culpabilem: velle scire statū futurorum morientium: qui vtilius ignorat qz sciatur a viuis: et qui poti⁹ coniectiēs est ex opibus qz experiēdus: debet nobis hoc sufficere qz de⁹ reddit vnicuiq scdm opera sua. Unde et diuiti dictū est. Habēt moysen et pphetas illis credāt. ppterea apparitiones tales potius videntur credēde demonū deceptiones et illusiones: qz veri stat⁹ aiarū indicationes: talibus ideo cōfidendū nō est. Hec ille. Sed tu thomam sequere: nec tñ in hoc henricum spernas.

Tribus mōis cōtingit alicꝫ quez statū alicuius post ei⁹ mortē exqre re.

Primo

Secūdo

Tertio.

Opinio henrici de Assia

Caput quartum



Uintū caput principale huius prime decadis est vtrū
aie dānate ꝓpter fugā ⁊ carentiā miseriarū: ⁊ penarū
eternaliū inferni possint appetere recta rōne ⁊ delibe-
ratiua nō esse. Circa qđ q̄tuor q̄stiuncule absoluent: q̄
rū quelibet suo ordine declarabitur.

Questi. 


Rima questiuncula est. An aie dānate ꝓpter fugam
⁊ carentiā miseriarū ⁊ penarū eternalium inferni pos
sint appetere recta rōne ⁊ deliberatiua non esse. Ad
Apo. ix. quā primo vr̄ r̄ndendū affirmatiue. Nā Apo. ix. dicit:
Math. ꝙ in dieb⁹ illis desiderabunt hoīes mori. ⁊. vj c. ibidē
xxvj. dicit ꝙ dānati dicent mōtibus. Cadite super nos. Et xp̄s Mat.
Opinio xxvj. dixit de iuda: ꝙ ei melius fuisset natū nō fuisse: q̄ꝫ perpetuo
Scoti. dānari. R̄ndeo dicendo ꝙ circa hoc Scotus in. iiij. di. l. ⁊ in parte
Frācisci Franciscus de maronis in suo conflatu. di. xl. dicūt cū Ancelmo.
de maro c. xvij. monologion. ꝙ aie dānate recta rōne appetere non p̄nt nō
nis. ⁊ an esse ad euadendas miserias inferni ⁊ ad carentiā penaꝝ infer-
selmi. nalium. Et ꝓbare nitunt hanc suā opinionē ijs infra. x. rōnibus:
Proba- ⁊ auctoritatib⁹. Primo sic. Nullus s̄m rectā rōnem d3 appetere
tio p̄di- melius malum ꝓpter fugā minoris mali. Sed fuga pene inferni
cte opi- est minus malū ⁊ quasi particulare malū respectu nō esse ꝙ adi
nionis p mit totū bonū (q̄ totā naturā) ergo nō est appetendū recta rōne
decē rō- nō esse ꝓpter carentiā penarū. Itē scđo. Fuga maioris perfectio
nes. nis non est appetēda ꝓpter ademptionē minoris perfectiōis. s3
Prima esse est maioris p̄fectionis q̄ꝫ gaudiū ex fuga penarū. Nā esse vt
ratio. dicit Dyonysius de diuinis noibus. Inter oēs diuinas p̄ticipatio
Scđa. nes est nobili⁹. ergo. Itē tertio. nullus s̄m rectā rōnē pōt aliquid
Diony- appetere ꝯ inclinationē naturalē q̄ semper melius intendit. Cu3
sius. reguleē a non errante intelligentia q̄ est deus. S3 ad esse est ap
Tertia. petitus naturalis: vt p3 ij. de gn̄atione. ⁊. ij. de anima. Et a deo
immediate in creatura rōnali cātum est. ergo non esse recta rōne
propter carentiā penarum appeti non pōt maxime etiā cu3 pene
Quarta eterne consonent volūtati diuine infligenti eas. Itē quarto. Nul
lus recta rōne pōt appetere nō esse ad fugiendū iustū ⁊ bonum:
Quinta q̄ positiuum ⁊ punitiuum pene: ergo nō pōt appeti non esse: vt
euitetur pena. Item quinto. Ois habitus melior est sua p̄uatiōe
Sexta. sed esse est habitus: forma et p̄fectio. nō esse aūt est priuatio: er-
go non pōt appeti nō esse vt priuemur ipso esse. Itē sexto. Illud
est melius qđ pluresrimo oēs magis eligunt ⁊ cupiūt primo et hi
Septia corum. S3 esse oia appetūt ⁊ plures illud eligunt: non esse aute3
ecōtra ergo esse supra nō esse in penis est preligendū. Item septi
mo. Bonū q̄ꝫto cōmunius tanto diuinius ⁊ consequenter tanto
Octaua optabilius. Sed nō esse vt penis careamus cedit in dei confusio
nem ꝓpter carentiā diuine iustitie: ergo melius est esse. Itē octa
uo. illud in quo nō est aliqua ratio bonitatis, in eo non est ratio
melioris. ⁊ per consequens nec preelectionis. S3 nō esse nullam
habet rationem bonitatis cū sit priuatio totius nature: ergo nō

dz eligi nec preeligi ad carentiā penarū inferni. Item nono: mai⁹ malum est magis fugiendū ꝙ minus malū. Sed miserum esse in tormentis est minus malū cum ponat esse: ꝙ non esse: qd tollit omne bonū cū nihil relinquat: ergo preeligendū est miserꝫ esse in tormentis ꝙ non esse simpliciter. Itē decimo dicit Franc. de mayro. vbi supra. q' que deus pōt potentia absoluta: quāqꝫ poterūt fieri ꝛ reduci in esse: q: potentia absoluta ꝛ ordinata siue distincta: ir. deo sunt idē: ergo dānatis melius est esse ꝛ existere in tormentis ꝙ nō esse simpliciter: q: saltē subduunt huic potentie dei absolute: que quāqꝫ poterit adduci in esse ꝛ in actū. Sunt pro hac opinione vt dicunt auctoritates Augusti. xi. de ciui. dei. ca. xxvij. dicē tis. Miserrim⁹ si qs inmortalitatē daret qua nec ipsa miseria moreretur: profecto exultarent letitia ꝛ sic semꝑ eligerent esse ꝙ omnino non esse. Ita eīn vi quadā naturali ipsum esse iucundū eīt vt non ob aliud ꝛ hij qui miseri sunt nolunt interire. hec ille. Et in li. de libero arbitrio ait. Considera ꝙtū bonū est esse: qd ꝛ beati et miseri volunt. Maius est eīn esse miserū ꝙ omnino non esse. Exēplum eoꝝ qui in carceribus sunt cathenis ꝛ cōpedibus stricti: tormentis vexati: infirmi gn̄ibus multis infirmitatū: ꝛ tn̄ preeligunt sic esse ꝙ mori. Et licet ore vocent mortē: corde id negant. Similiter decrepiti senes quos sequunt omnes morbi: preeligūt sic stare ꝙ mori. Et sic isti hui⁹ schole tenent hoc pro veritate ꝛ sententia: ꝛ rn̄dent primis duabus auctoritatibus Johannis in Apoca. ꝙ dānati dicēdo illa appetunt nō esse rōne non recta. Sicut peccator errore rationis deceptus dimittit maius malū admisso mi noū malo ꝓpter aliquod delectabile particulare. Et ad Jesu chri sti auctoritatem dicunt ꝙ intelligat ꝙtum ad scd̄am natiuitatē: extra vteꝝ non ꝙtum ad primā que eit infusione anime rōnalis in corpore organizato. Est alter cōmunis dicendi modus. b. Augustini in multis locis quē sanctus Tho. in. iiij. sententiarum. di. v. q. ij. imitat. qui hꝫ ꝙ damnati recta ratione ꝛ deliberatiua possunt ꝛ volunt ꝓpter carentiā penarum se non esse. Et isti huius schole probant intentū rōnibus ꝛ auctoritatibus. ꝛ rn̄dent rationibus schole dn̄i Johānis Scoti supra adductis: ꝛ primo sic. Omne delectabile est desiderabile: sed carentia mali est delectabilis vt dicit philosophus primo Rethori. ergo est desiderabilis. Item secundo: illud quod non includit malum, est optabile. Item tertio. Melius est beatum esse quam solum esse: ergo per locum proposito ꝛ appositi peius est damnatum esse quam non esse. Item quarto. Damnatorum miseria ꝛ pena excedit omnem penam et miseriam huius mundi: sicut beatorum comprehensorum gloria excedit viatorum omnium gloriam ꝛ delectationem. Sꝫ ad euitādam miseriā hui⁹ mūdi appetibile ꝛ aliquib⁹ mori: ergo multo forti⁹ dānatis ſm rationē deliberatā ad euadendas penas eternas ...etibile est nō esse. Probatur minor. Eccli. cap. xlj. O mors ꝙ ... m est iudicium tuum homini indigēti: ꝛ qui minorat viri

Nona. Decima rō que ē Francisci d mayro. Augu. Rn̄sio ad auctoritates i capite ꝙ sūt adductas ad auctoritates Joānis in Apo. rn̄sio. Ad aliā auctorit. Opinio btī aug. et beati Tho. Proba⁊ tio hui⁹ opiniōis p rōnes ꝛ auctoritates. Prīa rō. phus. Secūda tertia. Quarta Ecclesi. xlj.

bus defecto etate ꝛ cui de oibus cura est incredibili qui perdit sa
Plinius. pientiā. Ad hoc facit ꝑ locū a minori qđ dicit Plinius. vij. li. natu
ralis historie. Multi extitere, qui nō nasci optimum sensere aut ꝙ
Cicero. ocyssime aboleri. Simil'r Cicero primo tusculanarum adducit di
ctum Sileni phi ad Midā regem lydorū dicentis. Non nasci ho
minē longe optimū esse: proximū autē ꝙ primū mori. ꝛ hoc pro
Quinta. pter miserias mūdi quāto magis ꝓpter penas eternas. Itē quin
to. Illud qđ de se nō est malū: eligibilius est ꝙ infinitum malum
sed non esse nō est malum de se. Unde dicunt doctores ꝙ ideo pri
uatio beneficij creation' s non cedit in detrimentū non creati: q̄
ex hoc nullam penā incurrit non creatus. pena aūt eterna est ma
Proba tio ꝑ au ctorita tes. lum infinitum: ergo eligibilius est recta rōne nō esse (qđ de se non
est malū) ꝙ pena eterna: qđ est malū infinitum. Pro hac parte est
autoritas prima Augustini in sermone de murmuratione: qui in
cipit. Cōmorātibus vobis in heremo. vbi sic dicit. Melius est eni3
Auctoritas Augustini. fratres mei carere esse: quā perpetuo cruciari. Nam nō esse q̄d sit
ignoro. Sed habere esse ꝛ perpetuo cruciari: q̄d aliud est ꝙ mor
tem sine morte semp habere? Uerū igitur ꝛ indubitanter fratres
dicere audeo: ꝙ meli⁹ esset nō esse ꝙ cū esse perpetua cruciari vel
eternaliter affligi. hec ille. Et in libro de miseria damnatorū dicit
O mors dulcis es quib⁹ amara fuisti. Te solā desyderāt qui te ve
Hieronymus. hementer oderūt ꝛc. Et hieronymus super illud Mat. xxvj. Me
lius ei fuerat si natus non fuisset ꝛc. dicit ꝛ ponit a sctō Thoma
Sāctus Tho. i catḣe. aurea sup hoc passu. Latēri mēno vtero meli⁹ est nō eē: ꝙ
ad tormēta esse. Sunt etiā autoritates Apocalipsis. ix. ꝛ. vj. c. po
site in fronte questionis. Ultimo est autoritas xpi cōcludens om
nia: etiā in fronte questionis adducta. Melius ei erat ꝛc. Ubi gl.
Glossa ordiaria ordinaria dicit. Uerbū xpi simpliciter dictū est quo ad eē in vte
ro ꝛ extra vterū. Sunt pro hac parte exēpla quotidiana corꝫ qui
Rāsio adrōnes prīe opinionis. ob carētiam penarum temporaliū semeptisos interficiūt: ergo si
de quo min⁹ videref esse concedēdum: cōcedif: ꝛ igitur ꝛ de quo
magis sapiēs quilib3 nō negabit. s. de penis eternis inferni. Nūc
vero ad rōnes schole cōtrarie respondēdo dicif primo cū distin
ctione ad nouē argumēta primo: ꝙ nō esse pōt dupliciter cōsidera
Nō esse pōt cōsiderari dupliciter. ri. Uno modo secūdum se ꝛ sic nullo modo pōt esse appetibile: cū
nō habeat aliquā rationem boni: sed sit boni priuatio. ꝛ secūdum
hanc viam ꝓcedunt argumēta nouē predicta. Alio modo pōt nō
esse cōsiderari per accidēs inquantum est ablatiuum penalis vel
misere vite: ꝛ sic nō esse accepit rationē boni. Carere enim malo:
quoddam bonū est vt dicit phus. v. ethicorū. Unde solet distin
gui: ꝙ ly per accidens pōt se tenere aperte subiecti. s. ꝙ aliquis
Primo. per accidēs appetat nō esse Ita ꝙ nō esse habeat rōnem obiecti
Secūdo per se ꝛ sic non est verum: quia ad esse quod est contrarium ipsi⁹
Distinctio ō ly per accidens. non esse: obiectiue fit appetitus naturalis et inclinatio. Alio mo
do quod ly per accidens teneat se ex parte predicati: ꝛ sic est sen
sus quod aliquis appetat nō esset tantu ꝑ per accidens: q: non
esse: nō est ꝑ se obiectū appetitus: sed aliquid aliud scilic3, nō esse
miserum

miserum: qd appetitur p se: et hic sequitur nõ esse p accidẽs. Et p hũc modũ dicit et cõceditur a sanctis et Tho. q damnatis meli9 est nõ esse q̃ miseros esse. Unde sup illõ. Job. iij. et Hiero. xx. Maledicta dies i q̃ nat9 sũ. dicit formaliter Hieronymi9 q dãnatis meli9 est nõ esse q̃ male esse: et scdʒ hoc dãnati possũt pręeligere nõ esse scdʒ deliberatiuã ratiõe. Ponit ad hoc exẽplũ. b. Uincẽti9 dicẽs. Quid meli9 est qd tibi a rege donet castrũ sicut ne? Certe meli9 ẽ q donetur. Sʒ qd meli9 esset donare castrũ fructicentũ ducatoꝝ cũ pẽsione annuali ducentoꝝ an nõ dare? Certe meli9 esset nõ dare nec admittere etc. Ad argumẽtũ. x. Frãcisci de maronis respõdet: qd q̃ de9 potest potestate absoluta nũq̃ fiet: q: implicat q faciat aliqd et nõ ordinate fiat. Cũ oia q̃ sunt a deo: sunt ordinata. Fm apostolũ: et adducit Tho. p. sẽtẽtiarũ. di. xlviij. i. vltima. Ad auctoritatẽ Aug. dicitur: q nõ eẽ nõ est p se eligibile: sed p accidẽs inquãtũ est terminatiuũ miserie. Unde licet esse et viuere naturaliter ab oib9 appetãtur nõ tñ ab oib9 in tristicia existentibus appetuntur vt dicit phus. x. ethi. Exemplum etiam eorum de incarceratis responsione non eget: ea dem enim facilitate contempnitur qua approbatur. Hieronymi9. Uincẽtius. Ad decimã rõnes rñsio. Ad augustini auctoritatẽ rñsio.



Secunda questiuncula est: Quod sunt propter que mors occurrit appetẽda: sub ratione boni. Ad quã respondetur: q mors quadrupliciter occurrit appetenda sub ratione boni: et econuerso totupliciter occurrit fugienda sub ratione mali. Primo enim mors occurrit appetenda sub ratione boni inquantum consideratur vt priuatio omnis miserie et pene quam quis hic hʒ vel se habituꝝ formidat: et hac consideratiõe quidã seipsos occidũt ppter miserias quas pñtialiter patiuntur: quidaʒ vero ne miserias quas de propinquo imminere vident: incidant. Hoc mõ dicit beatus Aug. primo de ci. dei. c. xvj. Quedã xpiane femine tpe persecutionis vt sectatores sue pudicitie deuitarẽt: necãde se in flumẽ proiecerũt: eoq mõ defũcte sunt: quas quidã inter martyres colẽdas putauerũt: de quo Augu. nihil temere vult diffinire. Sed miseri isti certe seipsos sic occidẽtes: q̃ corruptuʒ intãtũ habẽt iudiciũ rõnis q nõ inueniẽtes quõ liberent a malo qñq paruo qd patiũtur: cõfugiunt ad nõ esse p mortẽ: sibimetipsis illã inferẽtes tanq̃ a malis oibus liberatricẽ: q̃ scdm veritatẽ: est pro tpali malo ppetue damnatiõis innẽtio crudelissime pene: hoc cõstat qb9 xpiana religiõis veritas illuxit: q: lʒ hõ esse desinat et nõ patiat hic ampli9: tñ aia remanẽs eternis cruciatib9 p hoc flagitiũ subdetur: et insup post mortẽ in aia et corpore: et ita tales malũ qd euadere querunt: non euadũt: sed ampli9 multo incidunt. Propterea dicebat Lactan. li. vj. c. xj. institutionũ. Sponte sua leto caput offerre nihil est scelerati9. Nam si homicida nepharius est: q: hominis extinctor est: eidẽ sceleri questio Rñsio. Mors quadrupl̃r occurrit. appetẽda sub rõne boni. Primo. Augu. Lactãtius.

obstrictus est q̃ se necat:q2 holez necat:immo vero mai⁹ esse id facin⁹ existimãdũ est.Cui⁹ vitio soli deo subiacet. Nã sicut in hãc vitã nõ nostra spõte venim⁹.Ita rursus ex hoc domicilio corporis qd̃ tuendũ est nobis assignatũ:eiusdẽ iussu recedẽdũ est:q̃ nos in hoc corp⁹ induxit iã diu habitaturos donec iubeat exitu.hec ille.Scd̃o mors occurrit sub rõne bo

Scd̃o. ni inquãtũ mors est via ad vitã immortalẽ.presenti meliorẽ: q2 de cõmuni lege:q̃ semel mortu⁹est ampli⁹nõ morietur.oẽs

Apl̃us ad hebre.ix. eñi resurgẽt ad immortalitatẽ.⁊ dixi de cõmuni lege: q2 licet scd̃m illã cõmunẽ nature legẽ statutũ sit hoib⁹semel mori:vt dicit apl̃us ad Hebre.ix.tñ multi hoies mortui sunt vt semel resuscitent de morte ad vitã pristinã:vt Lazar⁹ ⁊ Trayan⁹. An vero aliqs fuerit ter mortu⁹:nõ legi adhuc. Nemo g̃ hominũ ad vitã immortal ẽ puenit vnq̃ nec pueniet: nisi morte mediãte.Null⁹ vita hac ad vitã aliã ppetue felicitatis vl̃ infelicitatis imediate translat⁹ est vl̃ vnq̃ transferẽ: Null⁹ descẽdit qñq̃ viuus ad infernũ: sicut null⁹ añ non mortuus ascendit vnq̃ ad celum..Similiter ⁊ hac consideratione qui dã immortalitatis auidi circa qualitatem status future vite

Theobrotus sibi mortez con sciuit. decepti seipsos occiderunt:sicut de facto fecit Theobrotus Platonis discipulus: de quo fert vt dicit.b. Aug.in pmo de ci.dei.c.xxij.q͛ lecto Platõis libro d̃ imortalitate aie pcipitez se dedit de muro:vt ex hac vita emigraret ad eã quam credi

Augu. dit esse meliorẽ:⁊ male. Nã vetat Pithagoras in iussu imperatoris.i.dei:a presidio ⁊ statione vite decedere:vt dicit Cicero i li.d̃ amicitia.Tertio mors occurr it sub ratione boni in

Pithagoras quantũ aliquem hac vel illa causa volũtarie morientẽ ostẽ dit se iustum vel reddit se laude aut premio dignũ.Hac ite=

Tertio. rum cõsideratione quidã seipsos occiderunt.de quibus fuit illa Lucretia mulier Romana de qua dicit.b. Augu.pmo li.

Augu. c.xix.de ci.dei:q͛ seipsam oppressa a Tarquino occidit. Puduit enim eam turpitudinis aliene in se cõmisse etiam si nõ

Epithaphiũ in Lucretie quod Ouidio ascribitur. secũ:⁊ romana mulier laudis auida nimium verita est:ne putaretur qd̃ violenter est passa cũ viueret:libenter passa si viueret:vnde ad oculos hoim mentis sue testem illam penã adhibendã putauit:quib⁹ cõscientiam demonstrare nõ potuit.Huius Lucretie epithaphium ab Ouidio fuisse factũ dicitur hoc modo.Cum foderet gladio castum Lucretia pectus:Sanguinis et torrens egrederetur: ait. Testes precedant me nõ famile tyranno. Ante virum sanguis: spiritus

tur. Intellexit etiam q̄ mundus esset perdendus pctõ cõmuis
non suo. Tũc forte intellexit mysteriũ trinitatis: creationem
mundi: ex nihilo. destructionẽ eiusdẽ: accepit in illa extasi re
uelationẽ casus angelorũ. Intellexit sacrificia q̃ erãt futura
remediũ originalis peccati: cõmuis illud futurũ ei esse nõ reue
laret. Intellexit excellẽtissimã illã futurã vitã i q̃ post ineter
nũ viuẽdo sine nutrimẽto: habituri essẽt hões in clara deivi
siõe: si i hac vita mãdata dei custodirẽt. Instruct⁹ fuit i natu
ralib⁹ z moralib⁹ sciẽtijs. Tũc ẽt accepit excellẽtẽ cognitionẽ
theologicã supnaturalẽ vt pm̃us reb⁹ nõia iponeret: z rerũ p
prietates cognosceret. Uñ 9stitut⁹ ẽ pm̃us phus pm̃us theo
logus in vtraq̄ scientia perfectus scd̃m mensuram initij sui

status. Unde Ugo li. sexto de sacramentis loquēs de phia & theologia primi hois dicit. Rerū visibiliū omniū q̄ cū hole p pter hominē facte erāt: perfectā cognitionē primū holez sim plici diuine inspiratiōis illustratiōe accepisse nulli dubiū esse debet. Nā de⁹ rōnabiliter ei tribuit sciētiā coꝝ q̄ ppter ipm fecit & quoꝝ gubernationē: dispositionē & puidētiā ipsi hoi reliqt. Si aūt p vita tēporali cōseruāda & disponēda i rebus trāsitoꝛijs tā sciētiā magnā accepit: multo magis p vita eter na adipiscēda excellētiorē & abūdantiorē de celestib⁹ & supna turalib⁹ cognitionē habere debuit. Sic i extasi & excessu mē tis Paul⁹ posit⁹ vidit arcana dei q̄ nō licet hoi loq. Sic etiā q̄dā mulier ordis nostri predicatoꝝ virgo mirabilis humi litatꝫ & deuotiōis i vrbeveteri tpe nr̄o extasim patiebat. quo tiēs aliqs ei verba deuota & ferrētia loqueret: cūq3 ponere t i lecto dū rapi incipiebat: eleuatis paulati manib⁹ & pedib⁹ ad modū pedū crucifixi: dispositꝫ sic efficiebat imobilis vt nul la violētia man⁹ vl brachia flecti: vl ipsi pedes possēt ali quaten⁹ disiungi. De mirabilib⁹ aūt & arcanis quē ipso ra ptu percipiebat aliqñ. paucis & cū difficultate aliqua reue lauit: Hec Henricus & Johannes de sancto Geminiano.

Ugo li. vj. de sacramē.

Tertia questio huius octaui capitis est de somnijs siue apparitionibus phantasticis somniorum. Circa quam sex questiuncule soluuntur.

questio Rñsio.



Prima questiuncula est: Quid sit somnium: et etiam vnde causantur somnia siue apparitiones phantastice somniorum? Ad quam sic respondetur q somnium secundum philosophos libro .ij. de somno et vigilia: est phantasma factum a motu simulachrorum a similitudine sensibili in dormiente secundum q dormit: huiusmodi autem somnium seu phantasma ortum habere potest ex pluribus: & sic possunt somnia plures causas habere. Nā somniorum duplex est causa in generali: scilicet interior & exterior. Prima interior etiam est duplex. Nam prima est mentalis siue spiritualis: scꝫ cogitatio vel affectio inquantum illa occurrunt phantasie hominis in dormiendo: circa que eius cogitatio & affectio fuit immorata in vigilando. Secunda causa somniorum interior est corporalis dispositio. Nam ex dispositione interiori corporis formatur aliquis motus in phantasia conueniens tali dispositioni: sicut homini in quo frigidi humores abundant: occurrit q sit in aqua vel niue. Et propter hoc medici dicūt esse intendendum somnijs ad cognoscendum interiores dispositiones corporis. Secunda causa somniorum est exterior: & hec est duplex. Prima est spiritualis: que quandoq3 est a deo: qui ministerio angelorum aliqua hominibus reuelat in somnijs: vt dictum est supra. Quandoq3 autem operatione demonum apparent dor-

Sōnij diffinitio fm philosophū.

Sōniorū duplex est cā i generali.

Prima cā interior

Secunda cā interior.

Scda cā omniorum in gnāli.

Prīa cā exterior

mientibus alique phãtasie ex quibus qñq3 aliqua futura re uelant his qui cum eis habent pacta illicita: vt dicetur infra in tertia decade. Secunda causa exterior est corporalis. s. immutatio imaginationis vel phãtasie inquantum imaginatio vel phantasia dormientis immutatur: vel ab aere continente: vel vt astronomi dicunt: ex impressione celestis corporis: vt sic dormiẽti alique phãtasie appareãt cõformes dispositioni celestium. Pro quo intelligendo notandũ q astronomi dicunt q celũ siue corpa celestia p se operant ad somnia. Nam multotiens dicunt hominum somnia esse cõformia stellarum habitudinibus con situationibus: in tantum q scita dispositione celi hora somnij astrolog9 dicere potest de quo facto somnium fuit. Et dicunt q sicut cum cholera in homine habundat: somniat homo de rebus calidis & rubeis: et cũ phlegma abundat: de rebus frigidis & aquosis: veluti effect9 naturales causati a cã naturali. Similiter celũ põt ifluere cognitionẽ effectuũ quos virtualiter ptinet: & p psequẽs ipmere p se dormiẽtib9 ad somniãdũ. Quib9 respõdet q licet celũ aliquid operari possit ad somnia: hoc tñ non est per se. s. per impressionẽ noue speciei vel cognitionis interioris sensualis vel intellectualis. Sed est solũ p accidẽs ad aliquam trãsmutationẽ corporis secũdum sensibiles qualitates. Nam influentia calefactiua nõ potest imprimere prius speciem caloris sensui iteriori q causet realẽ calorẽ q obiectiue moueat sẽsum tact9. Et cũ dicit scdz astronomos q qñq3 inuẽta sunt sõnia hoim cõformia habitudinib9 & imaginib9 stellarũ: vt pote piscis: Cãcri &c. Dicit q hoc raro vl nũq3 exptum est: vel ẽ a casu vel quia aliquis exercitatus in huiusmodi post somnium (nõ aũt ante) inueniet aliquã concordantiã in celo cuz re vel reb9 de quib9 somniauit. Sed. b. Augu. super Geñ. ad literã dicit. Hoc quidẽ occulta malignorũ spiritũ deceptione fieri potuit: qui hominibus intentis talibus vanitatibus sic in eoz dãnationẽ. & erroris prenosticationẽ: astrorũ propagatiõe illudere cõsueuerũt. Et negatur q ille humor qui dicit melancholia vel cholera producat in homine somniante vel phrenetico species calidas vl humidas: vl caprarũ vel serpẽtũ: vel species cuiuscũq3 rei differẽtes specie ab illis humoribus: qui talibus apparere cõsueuerũt. Et ratio negatiõis est qz cã naturalis nõ põt p se speciẽ effect9 sui realis prius producere in sensu vel itellectu: q illũ effectũ pducat in esse reali. Qd si dicat: vñ causant huiusmodi phãtastice apparitiones in somnijs? Dicit q cõtigũt ex irregularitate mot9 spirituũ & fumorũ & partiũ interiorũ organorũ: in qb9 fit sensatio & phantasmatuz reseruatio: que qdem phantasmata talibus motibus respectu inuicem confunduntur & mõstruose cõiunguntur. Et ita contingunt tales apparẽtie somniorũ. Hec ex Alberto & Henrico.

Scdacã extrior.

Opinio astronomoruz.

Rñsio ad astronomos.

Augu.

questio

Rñsio



Secunda questiuncula est: Si spirit⁹ boni ⁊ mali possint apparere ⁊ immittere somnia viuis. Ad quam respondetur affirmatiue: et primo de spiritibus bonis dicamus. Ingeruntur eniꝫ quandoqꝫ somnia clara viuis benignitate spirituum bonorum de quibusdã: ad bonũ ipsorum vel aliorum pertinẽtibus: et sic Alberto magno fuit immissum somniũ clarũ de casu pueri de molendino in ripã in nocte: vt sic quia eps̃ erat: maiori pietate et cõpassiõe moueretur ergo matrẽ pueri: que sibi de mane de submersione pueri filij sui conquerenda erat. Sic etiã Galeno fuit immissum somniũ de cura cuiusdã infirmi patiẽtis egritudinem splenis: qui vt ipse narrat cũ diu de cura illius sollicitus fuisset: ⁊ remedia diligenter quesiuisset: somniauit quadã nocte ꝙ sanguinẽ traheret de vena que est inter auricularẽ ⁊ anullarẽ digitos: qđ fecit: ⁊ sanatus est: ꝙ si ita diuina bonitas per bonos spũs dirigit hoies facientes qđ in se est ad ea que sunt in salutẽ corpo: ũ: longe vtiqꝫ fortius diriget p bonos spũs hoies debite sollicitos pro bonis moralib⁹ ⁊ spũalib⁹: sibi vel alijs acquirẽdis ⁊ maxime illos q̃ p̃sunt: sicut rex Salomon specialiter directus fuit p somnũ de bono regimine populi sibi commissi. vt habetur. iij. Reg. iij. p hoc facit ꝙ Cayphas cũ esset pontifex anni illius pphetauit dicens. Expedit vobis vt vnus moriatur pro populo ne tota gẽs pereat Sic sepe regibus etiã infidelibus p somnia multa ostẽsa sunt: vt regi Pharaoni futura fames. Gen. xli. ⁊ regi Nabuchodonosor futura regnorum dispositio de qua sollicitus erat Daniel. secundo. Et merito angeli dirigunt et inclinant reges et principes per somnia ad salutem eorum quorum curam habent. Nam aliqui angeli vt dicetur infra in secunda decade: tanqꝫ gubernatores presunt prouincijs et regionibus: et per consequens regibus et principibus regionum in eos influendo hoc vel illud prout nouerunt expedire saluti commissorum. Ex quibus apparet ꝙ inter ceteros illorum qui presunt: somnia magis notanda sunt tanquam presagium de futuris habentia. Et ideo dixit quidam de philosophis ꝙ regio somnio credendum est. Mouerat enim ꝙ salus populorum consistit in capitibus eorum. i. in his qui presunt. Secundo ingeruntur quandoqꝫ somnia viuis a spiritibus malis: vel ad deceptionem vt quis credatur propheta

Qõ.
Rñsio.
Sõnia dupl'r ingerunẽ. viuis.
Primo.
Sõniũ. Galeni.
Regio somnio credendũ est.
Scdo.

dei:qui est ꝓpheta diaboli:vel ad cōfirmationē alicui⁹ erro ris vel supstitiōis.vel ad alicuius vicij impulsionē ⁊ excita tionē.s.supbie vel luxurie.qñq; vt p has visiōes claras ⁊ som nia se tāq̄ ꝓphetas aut deo familiares extollāt:de facili eñ reuelatiōes extollūt.Sensit hoc apl's qñ dixit.Dat⁹ est mihi stimul⁹ carnis angel⁹ sathane ne magnitudo reuelationum me extollat.Sic Socrati fuit immissuȝ somniū a quodā de mone sibi familiari:vt posset interpretari somniū Platonis adhuc pueri:quod habuit de cygno quē Atheniēses immo lant dee veneri quā colūt.Socrates eñ ṗcedēte nocte p̄i⁹ q̄ Plato ad eū eruditiōis grā a p̄re fuisset adduct⁹:vidit som niū a spū familiari immissum:cygnū.s.q̄ apud Athenienses veneri dicat̄:dulcissime canētē:⁊ a terris vsq; ad celos cantā do subuolētē:qð postea Platone adducto ad se:hic ille est in quit cygn⁹ quē ego ṗterita nocte tā suauissime canētē som no viderā.Sic etiā q̄busdā philosophis ab assistētibus sibi demonibus fuerūt immissa somnia de aliq̄b⁹ effectibus:vt ex eis postea cōcluderēt discursiue esse aliquos spūs se abi liores ⁊ subtiliores ⁊ sic inducerent̄ ad superstitionē vel er rorē vel etiā qñq; ad ṽitatē:vt pt3 de platonicis ⁊ Tullio ve ritati catholice i q̄busdā adherētib⁹.Hec ex Hērico de Assia.

Apostolus. Sōniū Socrati imissum a spiritu familiari.

Qō. Rñsio.



Ertia q̄stiūcula est:Si spūs vel aīe mortuorū pos sint in somnis monere ad bonū:vl' abducere a ma lo viuos:⁊ si sint seruāde ⁊ exequēde mortuoꝝ mo nitiōes?Ad quā rñdet̄ affirmatiue.Nā qñq; a spi ritib⁹ mortuoꝝ ⁊ ab aīabus in purgatorio existē tib⁹ immittunt̄ somnia viuis:rogātes pro eis orari:vt pt3. iiij.dia.Qñq; etiā ṗmittit̄ eis:viuis somnia ingerere admo nitoria vel etiā ꝓuocatoria ad bonū vel a pctis q̄busdā re uocatoria.De aīab⁹ vero dānatis nō puto somnia imittere viuis sinant̄:q̄uis nihil ꝓhibeat viuos etiā de mortuis dā natis somniare:qñq; arte demonū ad finē vt credant̄ salua re:aut vt p̄ces ⁊ elemosyne vivoꝝ ꝓ illis frustra fiāt.Quali tercūq; tñ sit:somnia de mortuis nō sunt obseruāda a viuis tanq̄ semp ipsi pro talibus moneant̄ vt mortuis subueniat̄ elemosynis ⁊ precibus.

Qō. Rñsio Alberti

Uarta questiuncula est:An somnia viuentiū ⁊ stulto rū habeāt presagiū alicui⁹ veri?Ad quā Albert⁹ vo lens ꝓbare q̄ somnioꝝ immissio nō sit a spiritib⁹:sed ex causis naturalibus respondet affirmatiue:dicens:q̄ mul tis amentibus ⁊ fatuis plurimū somnia p̄sagiū habētia ac cidere solent.Sed hoc negat dominus Henricus dicens:q̄ nesciat vbi Albertus hoc legerit:aut qua experientia didi cerit.ipse enim nunq̄ vidit fatuum prophetasse:aut somniū notabile futurorum designatiuum habuisse:immo cum phā tasticum futuorum sit tumultu cogitationum et passionum maxime distractum:inquietum et confusum:ideo est maxi

Hēric⁹.

me indispositū ad receptionē reuelationū ⁊ somniorum.



Quinta questiuncula est: Quare spūs boni non clare erudiunt hoīes p somnia sed enigmatice ⁊ pabolice: cū finis immissionibus somniorū sit significatio aliquorū: q̄ sciri vel presciri expedit hoīb⁹? Ad quā Symonides phūs volens respōdere dixit hoc accidere p eo ꝙ de⁹ inuidet mortalib⁹ de scia futurorū. ⁊ ideo nō clare sȝ sub obscuris figurarū inuolutiōib⁹ hoīb⁹ somnia de futuris. Sed q: hic maxime errauit. Ideo dicendū est ꝙ ex multis causis cōtingit hoīb⁹ imitti somnia enigmatica ⁊ nō clara. Primo vt hoīes somniis obscuris territi ad dñm p interpretatiōe recurrāt aut saltē vt malū iminens velit auertere petā: aut aliquis seruus dei ad salutē multorū exaltet ⁊ de⁹ glorificetur. qualiter fuit ad literam de Joseph et Daniele. Secundo obscuritas premonitionum per somnia facit ad exercitium prudentie: quia scito ꝙ a deo. et creaturis ⁊ spiritibus bonis ⁊ malis solēt hoīes variis modis moneri: affectionib⁹: habēt hoīes occasionē circūspecti⁹ agēdi ⁊ cauti⁹ puidendi: vt si forte imminētia mala excludāt vt leni⁹ tolerent: vt vētura bona abūdātius suspiciant. Tertio in cā pōt esse cōditio stat⁹ pñtis vite q̄ multiplici obscuritate ⁊ pplexitate anxiari meruit qñ homo primus a deo suo p culpam cecidit. Unde. b. Greg. v. moral. dicit Proiecti a paradisi gaudiis: cecitatis pena mulctati vix susurrū venas apprehēdimus: ⁊ mira dei opera raptim tenuiterq; ⁊ pensam⁹ ⁊c. Quarto puenire pōt ex merito dei de merito: vel ex indispositione aut dispositiōe recipientis: ppter. q̄ de⁹ aliquos nullis immissiōib⁹ somniorū preadmonet: aliquos ambigue inopinatis passionibus tristitie vel leitie: ⁊ aliquos somniis vel reuelationis claris. Hec Henricus. vbi supra.

Qō. Rñsio Symonidis. Mltis de causis contingit holbus immitti somnia enigmatica et non clara. Prima causa. Scda causa. Tertia causa. Grego. quarta causa.



Sexta questiuncula est: Quare influx⁹ spirituū in hoīes poti⁹ vel cōius respicit somniū q̄ vigiliā? Ad quā sic respondet. ꝙ tres differentie actuationum interioris cognoscitiue requirūt quietē ⁊ trāquilitatem mentis. i. aīe videlicet reuelatio: contēplatio: ⁊ veritatis inuestigatio. Cū ergo somnus sit quedā quies virium animaliū: ideo anima dormiente est in statu aptiori ad reuelationes. Unde q: reuelatio p somnium vel alias immissa homini a deo vel angelo: est quedā interna allocutio: frustra fieret qñ aīa esset ira distracta vel aliis occupata vel intenta: ꝙ. nō intēderet spiritui se alloquēdo vel locutionem sibi memoriter non imprimeret. Sicut hoc manifestum est in exteriori: nullus enim sapiens nolens aliquid alicui dicere alloquitur ipm qñ vel vbi ppter interiorē distractionē: vel exteriorē turbationē nō pōt pfecte audire: vel si audiat nō recipit cordi qđ dr. Et ergo dixit sapiēs: ꝙ nō est effundēd⁹ sermo vbi nō ē audit⁹. Et ibidē. Frustra

Qō. Rñsio. Ex.

fit locutio vbi nõ est attẽtio: aut vbi ei⁹ qḋ dicitur Itellectio. Spiritus ergo boni cũ sint sapiẽtissimi: no lẽtes hoies alloqui frustra locutione interiori nec exteriori: rõnabiliter obseruãt tũc locũ: statũ: ⁊ dispositionẽ eius cui loquendũ est: vt allocutiões sue effectũ habeant. iuxta illḋ qḋ dicit ysaie. lv.

ysai. lv. Uerbũ meũ q̄ egredief de ore meo, nõ reuertet ad me vacuũ. Ex qb⁹ sequit q̄ reuelatio a deo vel angelis p sõnia fit p tpe quo adhuc ligat⁹ est sensus cõis q̄ p illo tpe aia ẽ in oimoda quiete nullũ actũ habẽs: ⁊ p cõseqnẽs videt esse in dispositione aptissima ad receptionẽ diuine illuminationis. Hec Henricus vbi supra.

Qõ. Quarta qõ hui⁹ octaui capitis est vnica. s. quot ⁊ q̄ sũt q̄ bñ somniãt ⁊ somniãdo diuinãt? Ad quã sic

Rñsio rñdet: q̄ tria gña hoim bñ somniãt ⁊ diuinãt. s. vesani: amici: ⁊ melancholici. Primo eñ vesani bñ preuidẽt ⁊ diuinãt de somnijs. Cuius rõ est: q̄ tales nõ sunt intẽti circa ppios mot⁹: ⁊ iõ apprehendũt ⁊ discernũt motus passiõis extraneę q̄ tãgit eos. Uiri aũt prudẽtissimi ⁊ optimi nõ sunt intẽti nisi circa sapiẽtias ⁊ virtutes et alia honesta: ppter q̄ nõ pcipiũt somnia. Secundo dico q̄ amici bene ⁊ recte somniãt sicut res eueniũt de suis notis ⁊ amicis. Cui⁹ rõ est: q̄ amicoꝝ ad inicẽ est maior solicitudo: ⁊ ideo suorũ simulachroꝝ est maior cognitio. q̄ñ noti ⁊ amici precipue qñ sunt separati pcul ab inuicẽ marie p inicẽ sunt solliciti: de se multa sperãtes ⁊ de se multa timẽtes. Maxime eñ cognoscũt se inuicẽ: ⁊ sentiũt mot⁹ adinuicẽ sibi factos p passiones spei ⁊ amoris ⁊ timoris. Et hoc mõ se habẽt somnia notorũ ⁊ amicorũ. Nã motus somniorũ. amicoꝝ sunt magis pfund ati ⁊ vehemẽtes q̄ extraneorũ. Qḋ vno exemplo etiã patere põt qḋ narrat Tulli⁹ in. ij. li. de natura deoꝝ dicit eñ ibidẽ. qḋ duo familiares socij amici ⁊ archades. i. greci: iter simul facientes ad aliquã ciuitatẽ puenerũt: quoꝝ vnus ad domum sui amici perrexit. Alter vo ad hospitiũ diuertit. Is q̄ in domo amici sui erat: vidit in somnijs sociũ suũ orantem vt sibi subueniret: eo q̄ nisi iuuaret ipm esset ab hospite iugulandus. Ille vero hoc viso excitatus de lecto surrexit: et hospitium in quo hec agebantur petere conatus est. Sed ad se rediens ⁊ tanq̄ vanum somnium paruipendens: ad lectum rediens obdormiuit: tunc eius socius secũdo per somnium apparuit: et instantius q̄ prius rogare videbatur vt ei auxiliaretur. Sed iste neq̄ de somnio tunc curans iterũ obdormiuit. Cui tertio in somnio socius cũ magna querela apparuit: se dicens iam iugulatũ esse. obsecrãs quoniã vite sue auxilium ferre neglexisset: vt saltẽ vltionẽ nõ negaret: dicens corpus suum trucidatũ ferri extra portam supra currũ: coopertũ stercore sepeliendũ: vt eius scelus vel facinus occultaretur. Tunc constantibus precib⁹ familiaris ⁊ amicus

Tria hoiz genera bñ sõniant et diuinant.

Tulli⁹.

compulsus: protinus cum indice ad illā portā summo mane cucurrit: et currū quē in quiete ei demōstrauit: cōprehēdit hospitemq; ad capitale suppliciū pduxit. Hoc narrat Ualerius maximus li.secūdo de somnijs. Tertio melācholici melius alijs so mnia pnūciāt et coniectant. Cuius ratio est: q: in illis ē, vehemēs imagationū impressio: tū q: min⁹ ppzijs intendunt et minus ppzijs curā impendūt: tū q: raro vnq; pro funde dormiunt: et iō melius cōiectant: diuinant: et puident somnia. Illi aūt q̄ optime et artificiose determināt et interpretantur som nia: sunt illi q̄ mouent subtiliter inspicere similitudines rerū. verbi gratia. Sicut eni se habet in aqua mota: sic multotiens se habuit in somnijs. Sicut ergo intuētes in aqua mota simulachra distorta et cōfusa prompti sunt reddere figurata vel signata ipsorum subtiliter: q: sciunt inspicere similitudines simulachrorum vel idolorum ad ea quorum sunt simulachra: dicētes q; hec est figura hominis: hec equi: et similia. Sic etiam in somnijs intuentes simulachra distorta: prompti sunt determinare ipsorum figurata vel significantia illi qui mouentur subtiliter; inspicere similitudines eorum ad ea quoꝝ sunt simulachra. Hec beatus Thomas in fine tertij lib ri de somno et vigilia: et Albertus in commento ibidem. Qui sūt q̄ optie et artificiose interptant somnia.



Quinta questio octaui capitis est simplex scz: Si dare fidē somnijs sit licitū. Ad quā videt rñdēdū negatiue pptere a q; scribit Eccle. trigesimo.iiij. Multos errare fecerūt somnia et exciderūt sperantes in illis: et metrice dicit. Somnia ne cures: nam fallunt somnia plures: et Cato dicit. Somnia ne cures: nam mens humana qd optat Dū vigilat: sperās p somnū cernit id ipsum. Sz in cōtrariū est: q: angel⁹ dñi apparuit in somnis Joseph: q̄ somnio credidit. Math. primo. Rñsio dicēdū q; vt dicit Macrobi⁹ sup somnū Scipionis (eo q; in somnis Paul⁹ Scipio maior Scipioni filio apparuit.) Omniū que sibi videre dormiētes vident: qnq; sunt pncipales diuersitates et noīa. aut est eni qd latini somniū vocāt: aut qd visio recte appellat: aut qd oraculū nūcupat: aut qd in somniū dicit: aut est phantasma: qd Cicero quotiēs op⁹ hoc noie fuit: visum vocauit. Ultima ex his duo dicit Cicero cū vident: cura interpretationis indigna sunt: eo q; nihil diuinatiōis im portēt. Fiūt eni hec duo primis trib⁹ horis noctis: q̄ vocat prla noctis vigilia. Luce. xij. et q̄ dr etiā intēpestū. iij. Reg. iij. et cōsurgēs intēpeste noctis silentio de meretricib⁹. In qb⁹ horis somn⁹ est valde obscur⁹ et pfund⁹ pp ter fumū obscurū et spissum resolutū a loco digestiōis opilāte et obscurāte organa sensuū: iō tūc phātasmata et motus fact⁹ a sensib⁹ apparere vere nō pnt Et iō credere et fidē dare somnijs et apparitiōib⁹ siue reuelatiōib⁹ factis trib⁹ pmis horis illis: vanū


Qō. Rñsio. Eccl'ia. xxxiiij. Cato. Macrobius. Cicero.

est τ stultū:τ sic intelligūtᷓ dicta in fronte questiūcula addu
Sōniū q̄d sit. cta.Somniū aūt est cū dormiēdo aliq̄d reuelatᷓ nobis ꝑ im=
pressionē formaꝝ imaginabiliū:τ id qꝺ reuelatᷓ tegitᷓ figuris
Uisio q̄d sit. τ velatᷓ imaginibꝰ:vt cū Jacob dormiēs scalam vidit.Gen̄.
xxviij.Uisio est cū in vigilia reuelatᷓ aliq̄d ꝑ impressionē for=
maꝝ imaginabiliū:τ eo ordine eueniūt quo apparuerūt:sicut
visio ysaie:q̄ dicit.Uidi dn̄m sedentē sup solium excelsum τc.
ysaie.vj.τ visio Danielis de hebdomadibꝰ q̄ eo ordine eue=
Oraculū quid sit. nit sicut vidit.Oraculū est cum somnis:parēs vel alia bona
grauisq̄ ꝑsona:deꝰ:xp̄s:angelꝰ:virgo maria:vel aliq̄s sctūs:
aliq̄d aperte vēturū aut nō: vitandū vel faciēdū denūciat:et
isti tales apparētes si loquentᷓ:sic eueniet vt dicūt vel vt os=
dūt:τ sic credere nō est pctm̄:maxime si ipse cui appetitiones
fiunt:sit bonus.Ex q̄bꝰ pꝫ ꝙ secūdū Macrobiū:somniū Jo=
seph:de q̄ dicit Matthēꝰ:oraculuꝫ fuit τ in aurora stomacho
digesto τ Joseph somnioꝝ doctor credidit angelo τ accepit
Mariā sibi vxorē ꝑgnātē. Illud aūt qꝺ Pharaoni vel Nabu
chodonosor factū fuit:somniū fuit τ nō oraculū.nā Joseph
Pharaoni:τ Daniel Nabuchodonosor interp̄tati sunt. Er=
go insomnia credere τ phātasmata ꝑscrutari vanū est q̄ fiūt
tribꝰ primis horis noctis.Sōnijs vero visiōibus τ oraculis
credendū est:maxie si frequētiꝰ appareāt:τ si bonꝰ sit cui ap=
parēt:τ ab aliquo sctō viro interp̄tentᷓ.Ubi th̄ cui somnia:vi=
siōes aut oracula fiūt nō esset vt Paulus q̄ dicebat. Scio cui
Augus. credidi τ certꝰ sum:aut sicut mr̄ Augustini de q̄ dicit li.cōfes
sionū.ꝙ ipsa sciebat distinguere īter deū reuelantē τ animā
somniantē:tūc ei īterp̄tis cui visio:aut sōniū ve oraculū fieret
nō egeret.Hec dn̄s Johā.de biblia bononiēsis ī quolibetis.

SExta q̄stio octaui capitis est simplex.s.si vatici=
Qō. nari futura ꝑ somnia sit pctm̄?Ad quā sic rn̄de
Rn̄sio. Predicere futura ꝑ somnia pōt contingere q̄tuor modis. tur:ꝙ p̄dicere futura ꝑ somnia pōt cōtingere q̄=
tuor modis.Prio ex naturali rōne:τ sic possunt
cognosci oia futura q̄ effectꝰ suos habēt in cau=
sis suis:τ predicere talia lꝫ:nec est diuinatio vt
pꝫ supra diuinatio primo ca.Scđo cōtingit futura p̄dicere
ex corporali cōplexione vel dispositiōe vt medici faciūt:τ hoc
licet:nec est diuinare.Tertio cōtingit ex dei reuelatiōe:sicut
fecerūt Joseph τ Daniel.Gen̄.xl.τ Dan̄.ij.qui ꝑ reuelationeꝫ
diuinā viderūt presagia futuroꝝ:τ ideo reuelationem a dn̄o
Primo. sibi factā exponebāt τ alijs enarrabant.Unde dixit Joseph
Scđo. duobꝰ eunuchis qui habuerūt somnia τ interpretatiōes igno
Tertio. rabāt.Nunq̄d num dei est interp̄tatio:referre quid videri=
Gen̄.xl. tis?Gen̄.xl.τ Dan̄.ij.d:ꝙ em̄ per visionē mysteriū reuelatuꝫ
Dan̄.ij. est a deo.Unde subdit.Est deus in celo reuelās mysteria:in
nullis th̄ somnijs quantū est ex se:fides τ spes pro certo po=
nēda est:nisi alicui cōstaret aliquid p certo per somnia vel in
somnijs a dn̄o reuelatum fuisse. Un̄ nec Joseph nec Daniel

obseruabant somnia: spem in illis ponentes. Sed q̃ somnia fuerunt eis a deo reuelata: exposuerũt: vt patet. Quarto contingit futura predicere in somnijs ex demonũ illusiõe ꝛ reuelatione cũ quibus pacta habẽt: vel expressa: quia ad hoc inuocant: vel tacita: qꝛ hmõi diuinatio se extẽdit ad id ad qđ se nõ põt extẽdere: ꝛ talis est illicita ꝛ superstitiosa. Unde ꝓbatur Leui.xix. Nõ obseruabitis somnia. et Deutero.xviij. Non inueniatur in te q̃ obseruet somnia: ꝛ hoc vel pactum habẽs cũ demone: vel spẽ ponẽs in somnijs. hec.b. Tho. secunda secunde.q.xcvij. quarto. Leui. xix. Deute. xviij.

Septima questio et vltima huius Octaui capitis duas habet questiunculas vt patebit infra.



Prima questiuncula est: Quare pueri amentes qñq̃ futura predicũt? Ad quã sic respondet ꝙ pueri ꝛ amẽtes cũ habeãt liberũ arbitrium ligatũ: nõ ꝓprie volũtarie: sed naturaliter agũt. Natura autẽ regitur syderibus: que immutãt quodãmodo phãtasias eoꝝ ꝛ sic diuinam: vt dictũ est supra in declaratione opinionis phõꝝ: ꝛ clarius declarabitur ex sequẽti rñsione ad septimam petitionem. Qõ. Rñsio. Natura regit syderibus.



Secũda questiuncula est: Quare animalia bruta aliqb⁹ motib⁹ futuros effectus ostendũt? Ad quã sic rñdetur: ꝙ animalia bruta nõ habent aliquid supra phantasiam quod ordinet phantasmata: sicut habent homines rationẽ. Et ideo phantasia brutorum animalium totaliter sequitur impressionem celestem: ꝛ ideo ex motibus huiusmodi animaliũ magis possunt ostẽdi quedam futura: vt pluuia et huiusmodi: quam ex motibus hominum qui mouent̃ p cõsiliũ rõnis. Uñ philosophus dicit li bro.i. de somno ꝛ vigilia ꝙ quidã imprudẽtissimi sunt maxime ꝓuidẽtes. Nã intellectiua eoꝝ nõ est curis affecta: sed tã q̃ deserta ꝛ vacua ab oib⁹: ꝛ mota scd̃m mouẽs ducitur. hec Tho.4.parte.q.vbi supra. Unde philosoph⁹ dicit in libro De thauroꝝ: ꝙ cantus ranarũ: acutus morsus publicũ vel muscarũ: significat pluuiã. Prima pars ꝓbatur: qꝛ tps humectatum est cõueniens ranis existentib⁹ in aquis: ideo naturali inclinatiõe cantãt. Et pulices ꝛ musce ꝓpter humiditatẽ attractã a virtute eleuatiua ex qua generatur pluuia: plus solito querũt restauratiuũ. Et gallus cantans tẽpore nõ solito ꝛ asini confricantes aures significãt pluuiam futuram. Prima pars ꝓbatur quia tunc multitudine vaporum extinguentiũ pristinã siccitatẽ instigant̃. Secũda pars ꝓbatur: qm̃ ex multitudine vaporũ generatur in eis prurit⁹. Itẽ eleuatio capitũ bouum ꝛ vaccarum in campis ꝛ pascuis seu impetus reuersionis ad villã: significat pluuiã ꝛ tempestatem futuram: patet quia cum operationes istoꝝ sint ab intelligentia infal- Qõ. Rñsio. Phũs. Phũs.

libili:iō naturaliter inclinanť cognoscere nocumētū f: .urū. Nimia etiā auiditas pecudū comedentiū in cāpis est signū future pluuie:pȝ q: natura nō deficiēs in necessarijs dedit istis aīalib⁹ nō habētibus rōnē:quādā inclinationē naturalē qua estimat nocumentū futurū de primo fieri:qđ est phi bitiuū nutrimenti eoꝝ.Ideo hoc quasi scientes:plus solito auide querunt cibū.De auib⁹ etiā in terra futurā pluuiam

Uergi .j. geoꝛgi. pꝛonosticantibus Uergilius primo geoꝛgicoꝝ longo carmine sic cecinit.Cum medio celeres reuolant ex equoꝛe mergi. Clamoꝛemqꝫ ferunt ad littoꝛa:cumqꝫ marine.In sicco ludūt fulice:notasqꝫ paludes Deserit:atqꝫ etiā supernolat ardea nubem.ꝛ infra Aut illū surgentē vallibus imis Aerie fugere grues.Aut bucula celū suspiciens:patulis captauit naribus auras:Aut arguta lacus circūuolitauit hirūdo.Et veterem in limo rane cecinere querelā.Sepius e tectis penetrabilibus extulit oua Angustū foꝛmica terens iter:ꝛ bibit ingens Arcus:Et e pastu decedens agmine magno Coꝛuoꝝ increpuit densis exercitus alis.Jaȝ varias pelagi volucres.ꝛ infra:nūc currer e in vndas.Et studio incassum videas gestire lauandi.tūc.s.sunt signa pluuie future:ꝛ signa tempestatis venture:eodem libꝛo decantans supꝛa dixit.Cōtinuo vētis surgētib⁹:aut freta ponti Incipiūt agitata tumescere:ꝛ hoꝛrid⁹ altis Montib⁹ audiri fragoꝛ:Aut resonantia longe littoꝛa misceri:ꝛ nemoꝛum increbꝛescere murmur.Jam sibi tum curuis male temperat vnda carinis.Et hec sint pꝛo octauo capite pꝛime decadis satis.



Nonum caput pꝛincipale huius pꝛime decadis est de immunitate ꝛ nobilitate intellect⁹ ꝛ volūtatis potētiaꝝ anime respectu coꝛpoꝝū celestiū: sub quo septem pꝛincipales questiones declarabuntur:quarum quelibet infra suo oꝛdine manifestabitur.

Prima questio pꝛincipalis huius noni capitis est de intellectu ꝛ voluntate respectu coꝛpoꝛum celestium: sub qua quinqꝫ questiuncule soluentur:quarum quelibet notabitur infra oꝛdine suo.

Qō. Prima questiuncula est:Si voluntas ꝛ intel



lectus potentie anime rōnalis subdantur ꝛ

Rñsio. necessitentur a coꝛpoꝛibus celestibus.Ad quā videtur pꝛimo respondendum affirmatiue.

Argumentū pꝛimū. Nā infīra mouent ꝛ imutāt in virtute pꝛincipalis agentis:s ; coꝛpoꝛa celestia sunt instrumenta substātia spūaliū ꝛ angeloꝝ:q cū sint superioꝛes animabus ꝛ earū potētijs:ergo in eis impꝛimūt ꝛ mouēt eas.Ergo coꝛpo

Dionysius. ra celestia velut instrumēta in aīabus ꝛ earū potētijs poterūt.Minoꝛ pbatur per Dionysiū.vij.c.de diuinis nominibus dicētē.Diuina sapiētia coniūgit fines pꝛioꝝ pꝛincipij se

rũdoꝝ: ꝓpter hoc phũs.xij.metha.aſſignauit numerũ ange
loꝝ: ſcḋm numerũ motuũ celeſtiũ. Preterea ſcḋo arguit̃ ſic: Argu-
illḋ qḋ ꝑ gñationẽ ſubijcit̃ corporib⁹ celeſtib⁹: immutat̃ ꝛ ne mentũ
ceſſitatur ab illis vt ſit cã actuũ illi⁹. Sed aĩa ſubijcit̃ ꝑ gña ſcḋm.
tionẽ corporib⁹ celeſtib⁹: ergo immutat̃ ꝛ neceſſitat̃ ab illis.
Minor ꝓbat̃: Nã ſol ꝛ hõ generãt hoĩem.ij.phiſicoꝝ. ꝛ nõ ge
nerãt materiã: q꞉ materia eſt ingenerabilis ꝛ incorruptibi-
lis.primo phiſicorũ.ergo generãt formã que eſt aĩa rõnalis.
Itẽ tertio ꝓbat̃ ꝙ corꝑa celeſtia immutẽt potẽtiã intellecti- Arg.iij.
uã ſic: operatio intellect⁹ humani ꝑ ſe ſubijcitur motui celi:
q꞉ intellect⁹ ſubijcit̃ phãtaſie. Intelligentẽ eñ oportet phã-
taſmata ſpeculari.iij.de aĩa. Sꝫ phãtaſia ꝑ ſe ſubijcit̃ motui
celi: ſicut ꝛ oĩs cognitio ſenſitiua: a qb⁹ depẽdet oĩs doctrina
ꝛ oĩs diſciplina intellectiua.primo poſterioꝝ.ergo ꝛc. Pre-
terea q̃rto ꝓbat̃ ꝙ volũtas ſubijciat̃ aſtris ſic. Illud ſubijcit̃ Argu.
cauſaliter ꝛ directe ſuperiorib⁹ lationib⁹: qḋ variat̃ ꝛ alterat̃ iiij.
de diſpoſitiõe i diſpoſitiuẽ. Sꝫ volũtas ſcḋꝫ qḋ phũs adducit
primo ꝛ.ij.de aĩa de mente Empedoclis ꝛ Democriti variat̃
ꝛ alterat̃ ſecũdũ diuerſas diſpoſitiões tꝑis qḋ eſt paſſio mo-
tus celi.iiij.phiſicorũ: ergo volũtas ſubijcit̃ cauſaliter ꝛ dire-
cte corporib⁹ celeſtib⁹. Patet etiã hoc experientia. Nã multi
hoĩes ſecũdũ diſpoſitionẽ tẽporũ ſunt leti ꝛ triſtes: beneuoli Dama-
ꝛ iracundi: ergo ꝛc. Sed contra eſt qḋ dicit Damaſcen⁹: ꝙ cor ſcenus.
pora celeſtia humanoꝝ actuũ nequaꝗ̃ ſunt cã. Rñſio dicen- Rñſio.
dũ ꝙ corpora celeſtia dupliciter dicunt̃ agere in effectib⁹.ſ.
ꝑ ſe ꝛ directe: ꝛ per accidens ꝛ indirecte. Primo modo corpo Opinio
ra celeſtia non agunt in animã ꝛ potentias ei⁹ rõnales: q꞉ ſi Demo-
ꝑ ſe ꝛ directe agerẽt in aĩaꝫ: ſequeret̃ ꝙ aĩe ꝓducerentur per criti et
tranſmutationẽ: ſicut alie res naturales: vt dixerũt Demo- Empe-
crit⁹ ꝛ Empedocles: nõ ponẽtes differẽtiã inter ſenſum ꝛ in doclis.
tellectũ. Qui nõ vidẽtes diſtinctionẽ ĩter act⁹ ꝛ oꝑatiões in-
tellect⁹ ꝛ ſenſus: ꝛ ĩter appetitũ ſenſitiuũ ꝛ ĩtellectiuũ: dixe-
rũt intellectũ eſſe ꝟtutẽ organicã ꝛ materialẽ: ſeq̃ntẽ corpo
ris tranſmutationem ſicut ſenſus. Et conſequenter dixerunt
ꝙ cũ tranſmutatio inferiorum corporum ſequat̃ tranſmuta
tionẽ corporũ ſuperiorũ: anima etiã ꝛ intellectualis opera-
tio ſequerentur motũ corporum celeſtiũ: ſcḋm illud Homeri. Home-
Talis eſt intellectus in dijs ꝛ hominibus terrenis: qualẽ in rus.
die dedit pater virorum deorumq̄.i. Sol vel Jupiter: quem
dicebant ſummum deum. Et ita intellectum ſicut ſenſum
crediderunt a corporibus ſupercelestibus generari. Et con- Repro-
ſequenter directe ꝛ per ſe a corporibus celeſtibus agi et im- batio ꝑ
primi. Quam opinionem theologi reprobant ponentes ꝙ dicte
lex ac ordo diuine prouidentie hoc vult ꝙ vnumquodq̄ opinio-
immediate a proxima ſibi cauſa moueatur. Proximum au- nis.
tem motiuum voluntatis eſt bonum oſtenſum per intelle-
ctum eo ꝙ obiectum appetitus eſt bonum vel apparens bo-

num a quo mouetur:sicut visus a colore. Unde dicũt ꝙ solius
dei imediate actiue est mouere voluntatẽ:⁊ secundorũ agen
tium solũ persuasiue:nõ aũt impressiue a corporibus celesti-
bus:q2 si sic:nunꝗ in nobis esset electio mala. Nã natura ꝑ
se ⁊ directe agẽdo semper ordinate agit ⁊ mouet. Eandẽ etiã
opinionẽ reprobat philosophus.iiij.methaphi.⁊ primo scdo
de ala. Si aũt loquamur de subiectiõe indirecta ⁊ ꝑ accidẽs:
sic dicimus ꝙ ala ⁊ potentia eius appetitiua:et intellectiua
rationales:subijciũtur corporib⁹ celestibus ⁊ eorũ impressio
nibus. Inquantũ.s.aliquo modo intellectus ⁊ voluntas acci
piunt ab interiorib⁹ ⁊ exterioribus viribus que organis cor-
porũ alligant:⁊ corporibus celestibus subijciuntur. Nã ope
ratio intellectus ⁊ cõsequenter voluntatis nec incohari põt
nec cõpleri sine concursu virtutũ corporearũ:que sunt imagi
natiua:memoratiua:cogitatiua:sensitiua ⁊c. Et inde est ꝙ i-
peditis harũ virtutũ organicarum operationib⁹ ꝓpter ali-
quam indispositionẽ corporis vel organorũ talibus virtuti-
bus seruiẽtiũ:impeditur operatio intellectus ⁊ cõsequenter
voluntatis:sicut pꝫ in phreniticis:lethargicis ⁊ infirmis ⁊c.
Sꝫ tñ etiã circa hãc subiectionẽ diuersimode se habent intel
lectus ⁊ volũtas. Nam intellectus de necessitate accipit ab
inferioribus viribus apprehẽsiuis. Unde turbata vt imagi-
natiua vel cogitatiua vel memoratiua:de necessitate turba-
tur actio intellectus. Propterea dr ꝙ licet operatio intellect⁹
non efficiat a motu celi:exigitur tñ motus celi ad hoc ꝙ fiat
operatio intellect⁹. Nã operatio intellectus nõ põt fieri nisi
cõcurrat sensus. Et sensus nõ põt ꝯcurrere sine influẽtia mo
tus celi. Uirtute aũt motus celi remouent sepe cõtra disposi
tiones impedientes operationẽ intellectus. Uolũtas vero ꝓ
ximior causa ꝗ̃ intellect⁹:lꝫ nõ ex necessitate sequat inclina
tionẽ appetit⁹ inferiorũ. Inquantum in ptãte volũtatis est
sequi inclinationẽ concupiscibilis ⁊ irascibilis. Uñ inferio-
res vires minus pertingunt ad voluntatẽ ꝗ̃ ad intellectum.
Subijcitur tñ ⁊ ipsa occasionaliter ⁊ indirecte:superioribus
lationibus:inquantũ ex his aliqua occasio nostris electioni
bus prestat:scꝫ qd habẽt impressiones. Nã cũ per corpora
super celestia disponit aer ad frigus intensuꝫ:eligimus ad
ignẽ calefieri:ac etiã virtute celoꝝ insurgũt in nobis aliqui
mot⁹ passionũ qb⁹ efficimur cholerici ⁊ proni ad irã. Et iterũ
dũ a celo causat in nobis aliqua discrasia in corpore:ꝑ quã
Rñsio. eligim⁹ accipere medicinã. Ad primũ ergo argumẽtũ dicen
Ad ar- dũ:ꝙ spũales substãtie q̃ celestia corpa mouẽt:agũt qdẽ in
gumen corpalia mediãtib⁹ celestib⁹ opib⁹. Sꝫ in itellectu humano
tum pri agũt imediate illuminãdo:volũtatẽ aũt imutare nõ pñt:nisi
mum. ꝑ modũ ꝑsuasiõis. hec Tho.q.cxv.ar.iiij.pri.ptis. Ad secũdũ
Ad se- dicitur:ꝙ sol generat hominẽ:non tñ animã intellectiuam
cundũ. sed aliam formam substantialẽ eductam de potentia mate-
rie que

rie que postea corrumpitur adueniente de foris anima intellecti-
ua. Ad tertium dicendũ ꝙ indirecte ⁊ per accidens dependet ope- Ad ter-
ratio intellectus a phantasia ⁊ a sensibꝰ exterioribus: nõ tñ per se tium.
⁊ directe vt dictũ est. Uel dr̃ negando qñꝙ: q2 si operatio intelle-
ctus depẽdet a phãtasia: hoc est virtute intellectus agẽtis: ⁊ ope-
ratio intellectus que est doctrina vel disciplina si dependet a sen-
su: nõ cõcurrit vniuersaliter celũ sed solũ intellectꝰ agẽs. Ad quar- Ad q̃r-
tum dicendũ ꝙ talis alteratio est ratione corporis in quo directe tum.
influit motus celi ⁊ nõ ratione intellectus vel volũtatis: q2 nullus
talis motꝰ causatur in intellectu vel volũtate: sed solũ in corpore.
Et negatur cõsequẽter ꝙ aliqui a natiuitate habeãt aliquẽ habi-
tũ moralẽ. Ad phm̃ vero dr̃ ꝙ intelligit aliquos in natiuitate na-
turaliter disponi ⁊ naturaliter habilitari ad habitus morales: iu-
stitie: temperantie ⁊ huiusmodi. ⁊ hoc conceditur. ⁊ hec quantum
ad principalem questionem.

Secunda questiuncula est. Si ab astris vel alijs Questio
causis accidentalibus vnus sit altero acutioris in-
genij vel tardioris. Ad quã respondetur: nõ proue- Rñsio.
nit ex aliqua influentiali virtute impressa corpori
humano ex astris tẽpore natiuitatis ꝙ vnꝰ homo
sit acutioris ingenij vel tardioris. Probatur q2 vir-
tus cognitiua rationalis directe nõ subijcitur astris: vt nunc supra
dictum est: ⁊ per consequens per se non possunt imprimere in intel
lectum: sed bene per accidens. Albertus ⁊ Henricus.

Tertia questiuncula est. Si ab astris vel ab acciden- Questio
tibus alijs vnus inclinet̃ ad vnã scientiã: ⁊ alter ad
aliã. Ad quã rñdet̃ sil'r: ꝙ nõ ꝓuenit ex aliqua virtu
te celesti tpe natiuitatis etiã ꝙ vnus sit naturaliter Rñsio.
aptior ad vnã scientiã: ⁊ aliꝰ ad aliã. Probatur hoc
similiter: quia corpora celestia naturaliter ⁊ directe
non possunt nos aptos facere ad scientias: sed bene per accidens.
Albertus ⁊ Henricus.

Quarta q̃stiuncula est. Quot sunt cause accidẽtales Questio
ex qbꝰ acuitas ingenij ⁊ inclinatio ad diuersas scias
ꝓueniũt? Ad quã rñdet̃ ꝙ sunt qnꝙ. Primo nãꝙ hoc
ꝓuenire põt ex passionibꝰ ad quas ex cõplexiõe na- Rñsio.
turali homo est dispositꝰ ⁊ inclinatꝰ. Passionatꝰ eñ
ad vitiũ auaritie magis inclinat̃ ad sciẽtias lucrati
uas: ⁊ feruẽtius in eis laborat q̃ alijs sciẽtijs: ⁊ ita de passionatis
ad alia vitia vel virtutes. Scdo cõtingere põt: q2 cõplexio vel con-
stitutio hois vniꝰ est magis cõformis: vel ꝓportionata vndecũꝙ
obiectis vel rebꝰ ⁊ earũ habitudinibꝰ. de quibꝰ data sciẽtia consi
derat q̃ alteriꝰ hois: ⁊ sic delectabilior est sibi illa scientia vel ars.
Tertio põt accidere ex hoc ꝙ qñꝙ in vno hoie excellit virtus ima
ginatiua: in alio virtus discursiua: in alio iudicatiua: in alio memo
ratiua: ⁊ ita scdm hoc vnus homo ad vnã scientiã est habilior q̃
ad aliã. Quarto põt hoc cõtingere ex dispositione radicis inferio-

ris. Nam videmus filios pictorum vt plurimum aptiores esse ad pingendum ex dispositione contracta ex parentibus. Quinto cõtingere potest ex frequenti meditatione vel obiectione taliũ. Nã qui a iuuentute pingere vidit: vel videre picturas placuit: magis inclinatur ad pingendum q̃ ad aliam artem: et hec etiam fuit causa quare Iacob nascebantur oues varij colois ex frequenti. scz inspectione et imaginatione ouium bibentium aquam sub qua erãt virge variorum colorum. Gen. xxx. c. Non ergo diuersitas ingeniorum est ab aliqua speciali virtute impressa in natiuitate: nec varietas complexionum corporum humanorum et aliarum variarum naturalium conditionum semper a celo expetẽda est: sed ab alijs quinq; modis proximo recensitis. hec Albertus et Henricus.

Questio

Rñsio.

Medic⁹ certius iudicat de bonitate vel prauitate igenij q̃ astrologus.

Albert⁹.

Plato.

Phũs.

Albert⁹.

Galen⁹.



Quinta questiũcula est. Quis melius iudicat de bonitate et prauitate intellectuum: medicus an astrologus? Ad quam sic respondetur: q̃ expertus medic⁹ de bonitate et prauitate ingenij melius et certius iudicat q̃ astrologus. probatur: q: medicus iudicat ingenia ex causa proxima et propinqua. scz ex particulari radice inferiori seu causis primis qualitatum elemẽtorum. Vel causis secundis. scz mollium carnium exilium vnguiũ capitis ad modum nauis nigrorum capillorum: pro quo facit quod dicit Albertus libro de quatuor coeuis scribens: q̃ mollicies et raritas carnis non que ex humore et phlegmate indigesto prouenit (vt in mulieribus que malum tactum et imprudentiam notat) sed que prouenit ex humido subtili et spumoso aereo bene terminato: et calido temperato bonitatem mentis attestatur: nam dicit Plato q̃ bonitas forme sit secundum merita materie. et ideo dicit philosophus. ij. de anima. q̃ molles carne apti sunt mente. Et supermissus est dicit Albertus: q̃ nigredo oculorum et capillorum et in cute cãdor: arguunt calidam complexionem et preclarissimuz intellectum. Vñ Galenus in techni dicit. Composita calida et sicca si nõ abundãt: perfecti sunt sensibus et vigilantissimi: idest strenui. Nam a caliditate fluit velocitas apprehendendi: et a siccitate firmitas retinendi. propterea dicitur q̃ generaliter mollicies carnis: subtilitas vnguium: tenuitas capillorum: paruitas dentium et oris: attestantur mansuetudinem et bonam mentem et ecõuerso. Vngues acuti: fortes et magni dentes: et scissio oris notant ferocitatem et prauum intellectum. Astronomus autem de ingenijs et huiusmodi arguit et iudicat ex corporibus celestibus tanq̃ ex causis remotis. Ergo concluditur q̃ iudicium potentiarum cognoscitiuarum in homine bene haberi non potest ex dispositione astrorum in horis natiuitatum. Et q̃ de huiusmodi melius iudicat expertus medicus ex causis inferioribus: q̃ ex consideratione causarum superiorum superstitiosus astrologus. hec Albertus et Henricus.



Ecunda questio huiꝰ noni capitis est vnica.sci- licet an ex impressione celestium corporum cau- Questio sentur in diuersis regionibus quasi appropria- ta vicia ⁊ virtutes:⁊ in hominibꝰ diuersitas mo- rum.scilicet vitiorum ⁊ virtutum:Ad quam vi- detur respondendum affirmatiue:⁊ primo sic. Rñsio. Nam precognitio aliquorum futurorum nõ po- test accipi nisi ex illis in quibus illa futura sunt aliquo modo sicut in causis.Sed precognitiones morum homi- num:⁊ operum humanorum accipiuntur ex impressione celestiuz: sicut patet in astronomis qui multa predicunt:ergo.Item philo- Phūs. sophus libro de proprietatibus elemētorum dicit:ꝙ regna vacua facta sunt apud coniunctionem duorum magnorum planetaruz: Jouis.scilicet ⁊ Saturni.Sz hoc nõ esset nisi bella ⁊ lites ex astris dependerent.ergo.Item ad vniuersitatis ordinē spectat:vt omne quod nõ eodem modo se habet:reducatur ad causam semper eo- dem modo se habentem.Sed actus ex libero arbitrio dependen tes maxime sunt varij ⁊ multiformes:ergo oportet vt reducantur in vniformes motus celestium corporum sicut in sua principia. Et Ptolomeus li.iij.quadripartiti dicit:ꝙ habitatores asie maiores: Ptolo- sunt vt in pluribus casti ⁊ abstinentes:⁊ castissimis vtuntur vesti- meus. mentis:ex societate ⁊ aspectu Saturni ⁊ Jouis.Et Ambrosius in Ambro- li.Exameron:introducit quendam astronomum dicere solitum:si sius. quis signo arietis nascatur:existimabit̃ prestantissimus consilio. Laboriosos facit ⁊ patiētes quos nascētes Thaurus(iugo assue- tus)asperexit.Percussorē ⁊ venena remouentē cuius natiuitatem Scorpio venenosus complexus est.Si quis sub aquario nascitur: piscatoris ministeriuz sortietur.Et si quis sub signo libre nascitur: erit proculdubio trapezita.Et Aug.sup psal.lxiij.introducit quē- August. dam mathematicū dicere solitum:ꝙ adulterium nõ propria volū- tas facit:sed Uenus.Et homicidā nõ propria voluntas facit: sed Mars.Et iustū nõ voluntas:sed Jupiter.Et Messehalach in li.de Messe- receptione:respondens cuidam interroganti super regni adeptio- halach. ne:dicit.Saturnus est qui tribuit ei regnum.Et Albumasar li.vj. Albu- differentia.xxxiij.ponit solē dñm dici dominice:⁊ dñm prime hore masar. eius:postea Uenerē secunde hore.⁊ sic similiter currendo per pla- netas ⁊c.Ergo ex his omnibus videtur ꝙ diuersitas morum in no- bis causetur ex impressione corporum celestium.Sed in contrariū est phūs.iij.ethi.dicēs.Jn nobis est bonos vel malos esse.Et Se- Phūs. neca ad Lucillum dicit.Errat si quis existimat nobiscū vitia nasci. Seneca. Superuenerūt:ingesta sunt.Nulli nos vitio natura cōciliat.Nos illa integros ac liberos genuit.Rñdeo dicendū ꝙ quidam curiosi hoies qui appropriata vitia ⁊ virtutes diuersarū regionū ⁊ mores singularū gentiū explorauerunt:diuersimode respōdent ad hanc Pria rñ- q̃stionē.Et primo ad hanc qōnē rñdent astronomi scđz supstitiōes sio q̃ est suas dicētes:ꝙ virtutes ⁊ vitia appropriata regiōibus diuersis ⁊ Astrono hoibꝰ diuersaꝝ regionū oriunt̃ a celo:ex hoc ꝙ scđz eos alie stelle morum.

alie partes celi ad alias regiones respectū habēt seu relate sunt. ſm quarum influentias naturant homines seu inclinant in vna regione ad virtutes ⁊ in alijs ad vitia. que rñsio ꝗtum valeat vl potius ꝗtum non valeat: partim ex dictis ⁊ ex dicendis satis poterit apparere.

Scḋa rñsio q̄ est philosophorum naturaliū.

Scḋo rñdent ad hāc q̄stionem philosophi naturales ⁊ bñ ꝙ hoc accidit ex dispositiōe elementorum in suis impressionibus ⁊ alijs habitudinibus ⁊ ex cōuersione taliū ad orientē: aquilonem: meridiē: vel occidentē. Tertio medici rñdent ⁊ bene ſꝫ cōsiderationes eorum: ꝙ contractio diuersarū inclinationū naturaliū in his q̄ nascunt in diuersis regionibus: accidere pōt ex mala vel bona seu egra vel sana dispositione aeris ⁊ aquarū: ⁊ maxime ex dispositione rerū cibaliū ⁊ potaliū: q̄r vsus illorum continuatus a pueritia magnā facit impressionē in naturalibus hoīm. Oīs .n. diuersificatio cibi ⁊ potus ⁊ dispositio in quali ⁊ ꝗto valde naturā alteret ⁊ cōplexionē immutet: ac per hoc ea que cōplexionē sequūtur variet: nemo medicorum ignorat: ſꝫ oēs tanꝗ̄ principiū supponere hñt nec aliq̇s moraliū phōrum dubitat ex qualitate ⁊ ꝗtitate cibi ⁊ potus varias passiones excitari ⁊ varia vitia gñari: vt gulositatem: ebrietatē: luxuriā: irā: ⁊ ex his alia que sequunt. In regionibus ergo vbi res ad nutrimentū pertinentes delectabiles reperiuntur: ibi vtplurimū ɔ̄ñs est hmōi vitia carnalia magis regnent ⁊ ex his vitiorum omniū radices: vcꝫ ociositas: cecitas mentis: ruditas ingenij: ignorantia: negligentia ⁊ similia: ex q̇bus oīs peruersitas hominū circa virtutes ⁊ veritatē oriri solet. Sic ⁊ regiones que rerum ad substentationē vite pertinentium caristiam et hominum copiam hñt: generant quedam alia vitia .s. rapacitatē: cupiditatem: fallendi calliditatem ⁊ hmōi ad que rerum penuria homines impellere consueuit. Sūt m̄ in regionibus illis cōsequēter homines subtiliores: prudentiores: ⁊ ingeniosiores ꝗ̄ in regionibus predictis: q̄r sicut paupertas ⁊ inopia subtilis est ⁊ ingeniosa: ita econuerso voluptas ⁊ rerum copia: rudis ⁊ grossa: imprudens ⁊ stulta. Sequit ergo ꝙ regiones in q̇bus est rerum victualiū bene dispositarū cōpetens mediocritas minus de tribulis: spinis ⁊ peccatis abundāt. Regiones ꝟo in q̇bus delectabiliū nutrimentorum copia superfluēs quasi sine labore haberi pōt. Uallis illa est illustris plena pessimis hominibus: de qua habet Gen. xiij. ꝙ anteꝗ̄ subuerteret dñs Sodomā ⁊ Gomorrā irrigabat quasi paradisus dñi: ⁊ sicut Egyptus venientibꝰ in Segor.

Ge. xiij

Quarta rñsio q̄ ē medicorum.

Quarto rñdent ad p̄dictū dubium legiste seu humanarū legum prudentum conditores: ꝙ vtplurimuꝫ gentiū vel regionū ruditates ⁊ mali mores originem habuerunt ex defectu sapientū a principio ⁊ rationabiliū legum. Unde quedam regiones vel gentes habuerunt ab initio viros prudentes aut saltem leges prudentū receperunt in q̇bus permanserunt semper: quedam vero diu sine legibus in barbarismo: seu barbarie vitiorum permanserunt: que vsq̧ adhuc barbaros mores habent ⁊ sequuntur. Quedam vero gentes vel regiones ab earum origine preuente fuerūt peruersis legibus aut

Tertia rñsio q̄ ē medicorum.

Quarta rñsio q̄ ē legistarum.

superstitiosis paternis traditionib⁹:in quib⁹ in toto aut in parte vsq adhuc permanent ⁊ hoc q̄tum ad legistas. Quinto r̄ndent philosophi morales x̄piani dicentes: q mores dānati hoim ⁊ vitia:inordinate stimulationes hoim ⁊ varietates malorum affectionum p̄ueniunt inclinatiue a celis:sed impressiue ex quattuor radicibus. Prima est fomes qui in pena peccati originalis nobis omnibus connascitur. Secunda est inordinata cōplexio facta ex inordinata vita parentū:ex qua sepe in plem venire consueuit. Vitio sa q inclinatio que nōnūq in illegitime conceptis se prodit. Tertia radix est mala plis educatio:⁊ ipsius post educationē inordinatum regimē quo voluntarie seipsum habituauit male. Quarta radix est malignorum sp̄uum tentatio ⁊ inq̄zium omniū virtutum multiplex vitiorum occulta suggestio. Sexto r̄ndent ad dubiū illud theologi practici dicētes q qnq vna regio ex causis deo notis mi⁹ respecta est ⁊ defensa a diis.i.a sanctis dei ⁊ angelis bonis ⁊ a demonib⁹ quibus vbi plus potestatis permittitur ibi populus magis vitijs ⁊ erroribus peruertitur. Vñ etiam in quibusdam ciuitatibus aut regionibus coluntur sancti plures aut potētiores seu maioris apud deū meriti:⁊ in quibusdam minores aut minus propitij:vel similes in vna regione solennius ⁊ deuotius coluntur:propter quod homines vnius regionis aut ciuitatis auxilio suorum sanctorum magis diriguntur ⁊ defenduntur ⁊ iuuātur a demonibus vitiorum incensoribus:⁊ homines alterius regionis minus. Rursum sicut ex scriptura. Dañ.x.apparet:regiōibus singulis ⁊ ciuitatibus videntur ex benignitate dei preesse angeli boni non minus q̄ singulis hominibus:ita ex dispositiōe principum demoniorum luciferi angeli mali diuersis vitijs deputantur:vt vnus luxurie:alter auaritie:alter superbie:regionibus singulis presint. Unde quedam glos. super Jo.xi.vt adducit Alexāder:dicit. Non est putandum q vnus fornicationis spiritus errat eum qui in Britannia fornicatur:⁊ illum qui in India vl alijs locis nec vnū esse spiritum qui in diuersis locis homines ad vitia agitat. Sed puto magis spiritum fornicationis esse vnum:⁊ innumeros qui in hoc eo officio pareant:⁊ qui ad huiusmodi homines peccata sollicitant. Similiter iracundie principem vnum esse arbitror:⁊ innumeros sub eo esse eiusdem officij demones:⁊ idem de ceteris peccatis. Ideo non vnus principatus dicitur ab apostolo:sed plures:contra quos nobis continua lucta:pugna ⁊ palestra est. Septimo ad hoc respondent theologi speculatiui:maxime tando Thomam ⁊ Bonauenturam in.ij.sententiarum. dist.xvij. dicentes q mores hominum scilicet appropriate virtutes ⁊ vitia ⁊ eorum euentus futurorum:causari ex sideribus potest intelligi dupliciter. Uno modo necessario ⁊ sufficienter. Alio modo dispositiue seu inclinatiue ⁊ contingenter. Si intelligantur primo modo negandum est quod mores hominum causentur ex sideribus: tum quia cum motus corporū celestiū sit naturalis ⁊ necessarius diuersitas morum esse naturalis ⁊ necessaria:⁊ non ex libero ar-

Quinta r̄nsio q̄ ē phōrum moraliū

Sexta r̄nsio q̄ ē theologorum practicorū.

Septia r̄nsio q̄ ē theologorum speculatiuorum.

bitrio:ꝛ tunc essent frustra cõsilia:nec merita essent:nec laudes vt infra latius videbit. Repugnat etiam xpiane religioni qꝛ tolleret premiũ ꝛ meritũ. Repugnat sensui:qꝛ videmus eodẽ vtero natos moribus diuersificari. Postremo repugnat:qꝛ videmus ꝛ legimus multos in primis adolescẽtie annis dissolutissime fuisse vite:dein de moribus in melius mutatis:ornatissime vixisse ꝛ speciose:vt vi

Ualeri⁹. deri potest in exemplis que ponit Ualeri⁹ lib.vi.c.vij.de mutatione morũ ꝛ fortune:de Scipione affricano. Q. Fabio maximo. Q.

Solon. Catulo. Lucio Silla: Temistocle phõ. propterea optime dicit Solon philosophus. Nemo dum viuit vere felix vel miser dici potest: ad vltimum em̃ vsqꝫ fati diem ancipiti fortune subiecti sumus: et morum assidue mutationi. Si autẽ nos loquamur scđo modo. scꝫ contingenter:inclinatiue seu dispositiue:sic concedendũ est ꝙ mores patriarum:appropriate virtutes ꝛ vitia hominũ ꝛ corũ euentus futurorũ a corporibus celestibus ꝛ syderibus depẽdeant. Nã virtus corporũ celestiũ operatur ad mixtionẽ ꝛ qualitatem cõplexionum corporum. Uaria autem dispositio ꝛ complexio corporum

Anime sequunt corpora. facit multum ad variationem affectuum et morum anime. Nam vt plurimũ anima mutatur ad cõplexiones corporales. Cholerici em̃ sunt iracundi:phlegmatici pigri. Sanguinei benigni. Melancholici liuidi. Hoc tamen vt diximus dispositiue cõtingenter ꝛ valde de longinquo:ꝛ nõ necessario dr. Nam anima dominatur corpori ꝛ maxime qñ est adiuta per gratiaꝫ. Unde videmus multos cholericos mãsuetos. Ex his ergo apparet vñ oriantur singularũ regionũ ꝛ ciuitatuꝫ appropriata vitia: vnde originaliter veniat ꝙ

Adargumentum primum. in quibusdã regionibus sunt vt plurimũ boni ꝛ recti cordib⁹:ꝛ in alia prauis ꝛ peruersis moribus. Ad primũ ergo argumentum negatur cõsequentia:qꝛ presciuntur actus humani nõ sufficienter ex

Rñsio astris:sed tm̃ coniecturaliter. Ad scđm dicit dñs Bonauentura ꝙ

Ad scm̃. philosophus illud attribuit syderibus scđm quandã dispositionẽ ad tales effectus ex quibus bene generantur. Nã ex motione alicuius humoris potest aliqua affectio in anima excitari quam tñ nõ est necessariũ sequi:potest em̃ eam anima cõprimere. Quia vero multi sunt sequentes passiones:ideo multi subijciuntur astris.

Ad tertium. Sed de sapientibus pauca possunt dicere astronomi. Ad tertium respondet Tho.in.ij.sententiarum dicens:ꝙ reducuntur ad diuinam voluntatem. Auctoritates autem omnes in contrarium adducte intelliguntur contingenter ꝛ dispositiue:nõ autem necessario ꝛ sufficienter. Jo.de turre crema. Cardinalis ꝛ Henricus.



Ertia questio principalis huius noni capitis est de fato. An scilicet anima rationalis respectu voluntatis ꝛ actuum eius subdatur ꝛ necessitetur a fato? Sub qua septem questiuncule soluentur: quarum quelibet infra declarabitur ordinarie.

Questio Rñsio. Rima questiuncula est. Quid sit fatum secundũ poetas? Ad quam sic respondetur ꝙ fatum est ipsa immobilis et determinata series secundarum causaruꝫ ordoqꝫ futuro

rum sub diuina dispositione res humanas necessitans. Unde Ouidius loquens in epistolis de Paride ait. Te tua fata trahunt nec cepta relinquere possis. Ne retrahas animum te tua fata trahunt. Sic loquebatur Homerus duobus versibus quos Cicero vertit in latinum. Tales sunt hominum mentes qualis pater ipse Jupiter auctiferas lustrauit lumine terras. Et ex radice quidam poete antiqui finxerunt aliquas ydeas fatales quas vocauerunt Sorores parcas per contrarium: quia nulli parcunt. Et iste erant vt dicit Plato tres. s. Cloto: Lachesis et Atropos Et primam dicebant colum baiulare. Secundam trahere filum. Tertiam incidere. vnde versus. Cloto colum baiulat: Lachesis trahit: Atropos occat. Prima futura contingentia portat. Secunda protrahit ad hoc quod ponantur in presenti. Et tertia distribuit etiam in preterito. Prima rebus vitam donat. Secunda protrahit. Tertia frangit. Hinc fluxit illa falsa opinio rusticorum et vetularum dicentium: quod iste dee fatales solebant hominibus apparere: dantes eis responsa et promissa infallibilia. Sed hec omnia ficta et figmenta sunt demonum sub imagine harum trium sororum hominibus superstitiosis illudentium: qui hanc seminauerunt zizaniam false credulitatis. Ergo obmissis poetis nihil certi de fato afferentibus: ad philosophos et astrologos veniamus.

Diffinitio fati ꝯm poetas.
Ouidius.
Homerus.
Antiqui poete cōmenti sūt tres esse parcas.
Plato.
Questio
Rñsio



Ecunda questiuncula est: Quid sit fatum secundum philosophos stoycos et astrologos: et quid ipsi fato: philosophi astrologi et stoyci ascribūt? Ad quam sic respondetur quod philosophi primo sic fatum diffiniunt. Fatum est dispositio vel ordo aut series secundarum causarum idest syderum et planetarum influentiaq3 celorum: quā do quisq3 nascitur siue concipitur: decernens regulans et necessitans omnes effectus inferiores respectu boni vel mali que proueniunt hominibus: Et Hermes Trimegistus et Apuleius sic fatum diffiniunt. Fatum est quedam inflexio causarum secundarū dependentium ex prouidentia prime cause. Ptolomeus autem et astronomi sic diffiniunt. Fatum est quedam colligantia causarū trahens vim et effectum ex motibus astrorum. Et Seneca dicit. Fatum est quedam necessitas omnium rerum ⁊ actionum quam nulla res disrumpere potest ex dispositione Jouis: et dignissimo deorum consilio dependens. Democritus autem et Epicurus dicunt. Fatum est quedam virtus ⁊ vis celestis: existens in motibus corporum celestium ⁊ motibus eorum. Sub se continens ⁊ cōnectens de necessitate omnes effectus qui fiunt infra spherā actiuorum ⁊ passiuorum idest lunam. Et Chrysippus stoicus vt refert A. gelli. lib. vi. noctium atticarum dicit. Fatum est sempiterna quedam ⁊ indeclinabilis series rerum: et cathena: voluens se sese semetipsa: ⁊ implicās p̄ eternos ꝯsequētie ordines: ex q̄b⁹ acta cōnexaq3 est. Ascribūt aūt supradicti phī astrologi ⁊ stoici huic dis

Diffinitio fati ꝯm philosophos.
Diffinitio fati q̄ est Trimegistie Apule.
Diffinitio fati ꝯm astronomos.
Diffinitio fati q̄ est democriti et Epicu.
Chrysippus.
Aulus gellius.

positioni secundarũ causarum ꝛ influentie celoꝝ quã fatuz vocãt omnes effectus naturales ꝛ voluntarios: omnes inclinatiões ad vitia vel virtutes oẽs animoꝝ passiones: cõcupiscentias: futuros euentus bone vel male fortune. Cogitatiões hominũ ꝛ tẽtatiões iuxta errorem Empedoclis dicentis: vt recitat philosophus. ij. de anima. ꝙ tales in hominib⁹ sunt voluntates ꝛ mentes: quales in die immittit pater viroꝝ atqȝ deoꝝ. i. sol vel Jupiter. Affirmantes omnia hec fieri ꝛ disponi immobiliter ꝛ necessario a fato etiã preter dei ꝛ hominum volũtates. Ponẽtes ꝙ nihil sit in nostri liberi arbitrij potestate. Hec Albertus ꝛ Henricus.

Opinio Empedoclis.

Questi. Responsio prima. rõ ꝓbatiua opinionis.



Ertia q̃stiuncula est. Quomõ p̃dicti philosophi astrologi: ꝛ stoici probãt oĩa subdi ꝛ nessitari a fato ad quã r̃ndetur ꝙ opinionẽ hãc suam ꝓbant rõne: auctoritatibus ꝛ exemplis. Et rõne primo sic. Posita sufficienti causa de necessitate sequit̃ effectus: sed fatum ꝛ series secundarum cãrum est sufficiens cã oĩm effectuũ naturaliũ ꝛ voluntarioꝝ infra lunam: ergo oĩa ab eo de necessitate ꝓueniunt.

Boeti⁹.

Maior est nota ꝛ minorẽ ꝓbant per Boetiũ. iiij. de consolatione: dicentẽ Series fati celũ ꝛ sydera mouet: elementa inuicẽ temperat ꝛ alternã transmutationẽ transformat. Eadẽ nascentia occidẽtiaqȝ oĩa per similes fetuũ seminũqȝ renouat progressus. Act⁹ autem fortunasqȝ hominũ indissolubili cãrum connexione constringit. Hec ille.

Seneca

Hinc ergo Seneca in tragedijs dicebat. Regitur fatis mortale genus. Et iterũ ibidẽ. Quicq̃d patimur mortales. q̃cquid facimus: venit ex alto. Et de consolatione. Mutare fata non possumus. Stant dura: inexorabilia.

Damascenus.

Et Damascenus lib. ij. sentẽtiarum dicit. Corpora celestia consistunt in nobis habitus ꝯplexiones ꝛ dispositiones.

Ptolomeus.

Et Ptolomeus astronomus lib. iij. quadripartiti. Sol interficiendi ꝛ saluandi vim hȝ. Et ibidẽ dicit. Corpora celestia cogunt hoĩem peccare: ꝛ bene facere. Et multi poete idem dixerunt.

Lucan⁹ Ouidi⁹.

Nã Lucanus lib. vi. dicit. Preceps agit omnia fatum. Necmedij dirimunt morbi. Uitamqȝ necemqȝ. Et Ouidi⁹ libro de testibus. Ratio fatum vincere nulla valet.

Juuenalis. Idem.

Et Juuenalis libro. iij. dicit. Seruis regna dabunt captiuis fata triumphos. Et iterum libro vltimo. Plus etenim fati valet hora benigni. Quam si nos Ueneris commendet epistola Marti. Et Samia genitrix: idest Cibeles mater deorum: que dicitur Samia a Samo insula vbi colebatur. Et Satyra septima que incipit. Et spes ꝛ ratio dicit. Distat enim que Sydera te excipiant modo primos incipientem. Edere vagitus ꝛ adhuc a matre rubentem.

Quint⁹ Curti⁹.

Et quintus Curtius libro. v. dicit. Eludant videlicet quibus forte ac temere humana negocia voluiagiqȝ persuasum est. Equidem eterna constitutione crediderim nexuqȝ causarum latentium ꝛ multo ante destinatarum suum quemque ordinem immutabili lege percurrere.

Plinius

Et Plinius libro primo naturalis hystorie dicit. Singulis sidera tributa sunt nobis. Clara diuitibus. Minora pauperibus: Obscura defectis. Et pro sorte, cuiusqȝ licentia ad munera morta

libros. Et Quintilianus libro declamationum. Fato viuimus: languemus: conualescimus: morimur. Medicina quid prestas nisi vt iurta te nemo desperet. Unde etiã in quodã epithaphio dr. Pars ce precor: tristes questus effundere vi[...]. Non erat in fatis longior hora meis. Et in alio epithaphio dicitur. Heu infelices sub iniquo sydere natum. Lapsus equo preceps occidit ante diem. Exemplis etiam patet: Nã Cicero libro de natura deorũ adducit exemplum duorũ fratrum: qui cũ simul nati essent: etiam simul postea egrotare ceperunt: et eorum morbus pariformiter cepit ingrauescere: et eodẽ medicamine sanati sunt: de quibus dicit Possidonius astronomus: q ideo hec equaliter et vniformiter illis acciderunt: q eandem constitutionẽ astrorũ in cõceptione et natiuitate habuerunt. Exemplũ patet etiã in filio domini Jo. de lignano tempore pape Martini. Hic enĩ dñs Jo. doctissimus iurisconsultus ac celeberrimus astronomus: preuidens ex genitura filium quendã suũ cruci affigendũ volensq fatali geneseos dispositioni succurrere: eum sacris initiari ac liberalibus disciplinis apprime fecit erudiri: sz nec sic quidẽ euitare potuit vim fati decreti. Nam cũ eum patria Bononiensis pro pace cõponenda ad Martinũ pontificẽ max. legatũ misisset: et ipse magis ad exitiũ q̃ comodũ patriã clanculo pdidisset põtifici: idq post reditũ dñis innotuisset: eũ nocte patibulo affixerũt. Quẽ illucescẽte die cũ pater pendentẽ vidisset: deplorãs: inquit. Heu fili mi: tuũ infelicissimũ fatũ nec hũanis literarũ adminiculis: nec diuinis ministerijs superare potuisti. Ex istis ergo dictis philosophoꝝ et astronomoꝝ cõcludunt multi et dicũt oĩa fato moueri et regi. Nec aliquẽ posse declinare aut trãscendere fatorũ agmina. Inde etiã est q qdã astronomi ingerũt se ad iudicandũ de futuris euẽtibus hominũ: vita et morte regũ: pace et bellis populorũ: diuitijs et paupertate hominũ: fecũditate et sterilitate vrorũ: abundãtia et inedia messiũ. De honorib[9] et dignitatib[9] prelatorũ qsepe vera predicãtes vel poti[9] vaticinãtes. Sed qm̃ istorũ dogmata maxima sunt: et ad vertendũ vite humane statũ spectant. Idcirco insequenti articulo citanda et adducenda erũt: atq a nobis coarguenda. Ne et nos fallamur impulsi auctoritate hominũ qui se putant esse sapientes.



Uarta questiuncula est. Quot sunt sacrilega dogmata de fato philosophorũ et quomodo a catholicis doctorib[9] reprobant? Ad quã rñdetur q tria sunt execrãda dogmata philosophorũ de fato dicentiũ. Primum est: q dicunt fatũ esse celestem aspectum: et dispositionem syderum necessitatem simpliciter ex se omnes effectus infra lunam circunscriptos ex toto omni prouidentia dei: ruentes se dicto Augustini. v. de ci. dei dicentis: fatum esse ordinem quẽdam et dispositionẽ secundarum causarum ad effectus producendos in his corruptibilibus et generabilibus preter dei et hominum voluntates. Quod dogma probatur esse falsum ratione et auctoritate. Ratione sic. Tho. iij. contra gentiles. c. lxiij. Impossibile est q aliqua

Quintilianus. Cicero. Possidonius. Jo. de lignano. Oĩa fato cõmittere non tã homini incertũ est: q̃ sepe temerariũ. Questio. Rñsio. Tria sũt execrãda dogmata philosophorum dicentiũ de fato. Primũ dogma. August.

Reprobatio primi dogmatis. non cognoscentia finem: operentur propter finem et ordinate perueniant in ipsum: nisi sint mota et regulata ab aliquo habente finis cognitionem: sicut patet de sagitta. Sed omnia corpora naturalia: planete: sydera operantur propter finem: et mouent et consequuntur: finem licet illum non agnoscant ergo oportet quod
Sapi. xiiij. tota operatio eorum ab aliquo ordinante et regulante dirigatur. Illud autem est quam dicimus prouidentiam diuinam. Propterea dicit sapiens. xiiij. Tu autem pater prouidentia ab ini=
Sapi. viij. tio cuncta gubernat. et Sapien. viij. Attingit a fine vsque ad finem fortiter: et disponit omnia suauiter. Et Sapien. xij. Non est
August. alius deus quam tu: cui cura est de omnibus. et ad hebr. Portans omnia verbo virtutis sue. pro hoc facit quod Augusti. dicit. iij. de trinitate. c. iiij. Nihil fit visibiliter in hoc mundo: quod non de interiore inuisibili atque intelligibili aula summi imperatoris iubeatur aut permittatur: secundum ineffabilem iustitiam premiorum atque penarum: gratiarum et retributionum in ista amplissi=
Lactantius. ma quadam immensaque totius creature republica. Et Lactantius libro. iij. c. xxj. dicit. Quis enim non sentiat hunc mundum tam mirabili ratione compositum aliqua prouidentia gubernari: quando nihil est quod possit sine vlla moderatione consistere? domus absque habitatore dilabitur. Nauis absque gubernatore abijt pessum. Corpus ab anima derelictum defluit. Ne dum putemus totam istam molem aut construi sine artifice: aut stare tam diu sine rectore potuisse. Et libro. j. dicit. Nemo enim est tam
Idem. rudis: tam feris moribus: qui oculos suos in celum tollens tamesti nesciat cuius prouidentia regatur hoc omne quod cernitur: non tamen aliquo modo esse intelligat et ipsarum rerum motu: magnitudine: pulchritudine: vtilitate: temperatione: nec fieri posse: quin id quod mirabili ratione constat: consilio aliquo maiore sit institutum. Ergo ex ijs patet falsitas philosophorum et astronomorum quantum ad primum dogma. Ad dictum autem Augusti. quod adduxerunt: dicitur quod Augusti. illud adducit in persona stoicorum. Secundum dogma peruersum astronomorum
Secundum dogma. est: quia dicunt quod omnia que fato subduntur: de necessitate et immobiliter eueniunt: quod probant sic. Posita quacunque causa sufficienti necesse est immobiliter effectum sequi. Sed corpora celestia cum suis motibus et dispositionibus sunt sufficiens causa suorum effectuum: ergo oportet quod de necessitate effectus immobiliter consequantur. Unde et Boetius dicit: quod fatum est immo=
Boeti9. bilis dispositio inherens rebus mobilibus. Sed hoc etiam probatur esse falsum. Primo quantum ad res humanas. Nam humani actus non subduntur actioni celestium: vt infra probabi=
Reprobatio secundi dogmatis. tur. Et ideo nihil prohibet per voluntariam actionem impediri effectum celestium corporum: non solum in homine: sed etiam in alijs rebus ad quas hominum operatio se extendit. Secundo positio istorum est falsa quantum ad omnia que per accidēs agunt: quia illud quod est per accidens: non est proprie ens: neque

vnum. Sed omnis actio naturalis terminatur ad aliquod vnũ: ergo impossibile est ꝙ aliquid qđ est per se accidens: sit effectus per se alicuius naturalis principij. Nulla enim natura potest facere ꝙ intendens fodere sepulchrum inueniat thesaurũ. Et sic cũ corpus celeste agat per modum naturalis principij: q2 per motũ naturalem: sequitur ꝙ impossibile sit ꝙ aliqua virtus actiua corporis celestis sit causa actiua eorum que hic agunt per accidens. Unde dicit philosophus. vij. metha. ꝙ nõ quecunqꝫ cã posita necesse est effectum poni. Sunt eñ quedã cause que ordinantur ad suos effectus non ex necessitate: sed vt in pluribus: que quãdoqꝫ deficiunt in minori parte ꝓpter corruptionem aut impedimentũ alicuius principiorum: vt cũ natura ꝓducit mõstrum vel hominẽ cum septem digitis: que secundum philosophũ. ij. phisicorũ fiũt a casu ⁊ fortuna. Philosophus aũt dicit in lib. de somno ⁊ vigilia. ꝙ corpora celestia nõ semper producunt suos effectus in istis inferioribus inanimatis ꝓpter cõtrarias dispositiões impedictes. Frequẽter enim inquit fiũt signa imbriũ ⁊ ventorum: que tñ non eueniũt ꝓpter contrarias dispositiones fortiores. Sequit̃ ergo ꝙ nec respectu voluntarioꝝ nec effectuũ omnium naturalium que fato directe subduntur de necessitate ⁊ immobiliter omnia eueniunt. Ad motiuum autem ipsorum dicitur ꝙ corpora celestia siue fatum sunt causa inferiorũ effectuum mediantibus causis mobilibus particularib⁹ que deficere possunt in minori parte: et ideo per accidens mobilia sunt. Nam vnumquodqꝫ recipitur in alio ad modum recipientis. Sicut enim virtutes celestes in se necessarie recipiuntur: tamen in inferioribus effectibus mobilibus mobiliter et contingenter: ⁊ cum omne multiforme: variũ: casuale: per accidens et mobile reduci habeant ad aliquod principium vniforme ⁊ per se. Idcirco huiusmodi casualia que sunt mobilia respectu corporum celestium ⁊ secundarũ causarũ per relationem tamen ad principium a quo ordinant̃ siue ad intellectũ diuinum et ad illius prouidentiam sic sortiunt̃ quandam immobilitatem et necessitatem: non quidem necessitatis absolute sed conditionate: secundum ꝙ dicimus hanc conditionalem esse veram vel necessariam. Si deus presciuit hoc: futurum erit. Unde cum Boetius dixisset fati seriem esse mobilem: post pauca subdit. Que cũ ab immobilibus prouidentie diuine proficiscitur exordijs: ipsam quoqꝫ immutabilem esse necesse est. Tho. prima parte. q. xxv. et xvj. per totũ. Ad illud autem Boetij dicentis ꝙ fatum est immobilis dispositio inherens rebus mobilibus. Respondetur ꝙ dispositio secundarum causarum quam fatum Boetius vocat. dupliciter consyderari potest. Uno modo secundum se et in se. ipsis secundis causis: et sic fatum mobile est sicut et res mobiles siue voluntarie fato subiecte. Si vero fatum accipiatur siue dispositio causarum secundarum per relationem ad primum principium diuinum a quo ordinantur: sic bene fatum immobile est: et sic accipit Boetius fatum prout scilicet refertur ad voluntatem ⁊

Phus. vij. metha.

Phus in libro de som. et vigi.

Boeti⁹.

Fatũ dupliciter cõsyderari potest. Primo. Scdo.

ptãtez dei:nã oẽs creature in se lꝫ sint mutabiles aliquo mõ:put tñ referunt ad dei ꝓuidentiã sortiunt aliquã immutabilitatẽ. Et ꝓbat etiã hoc scđm dogma esse puersuz ⁊ incõueniẽtijs q̃ seque rent ad ipm. Nã si cõcedimus fatũ necessitatẽ inducere in hoibꝰ. Sequit primo ꝙ maledixit Moses in opere quarte diei enumera tis duobꝰ magnis luminaribꝰ ⁊ stellis cũ subiunxit. Et vidit deꝰ ꝙ esset bonũ:supple regimẽ stellarum. Nã si a fato ⁊ stellis iste ẽ fur:ille latro:ille auarus:ille luxuriosus:ille ebuosus:hoc non est bonũ:sꝫ pessimũ. Si cursus celoꝝ ⁊ stellarũ hec facerẽt:nõ dirige rent hoies illuminãdo terrã in debitũ finẽ:sꝫ a debito fine auerte rent. Sequit ꝙ dñs deus q̃ talẽ ptãtem ⁊ influentiã dedit astris: magnã occasionẽ dedisset hoibꝰ declinãdi ab his q̃ credẽda ꝓpo nit fides xpiana. Sequit scđo nõ sit necesse aliqs roget aut colat deꝰ. Sequit ꝙ nullũ sit pctm:tollit enĩ fatũ libertatẽ,volũtatis q̃ omne pctm ↄmittit.xv.q.j.in pñ. Sequit ꝙ deꝰ sit cã oĩꝫ pctoꝝ:q̃
Proculꝰ. quicquid est cã cause:est cã causati: vt inquit Proculus. Sequit ꝙ deus sibijpsi ↄtrariat:nã pcipit bona ⁊ cogit ad mala. Sequit ꝙ
☞ iniuste puniunt hoies. Nemo enĩ peccat in eo qđ vitare non põt.

¶ Sequitur ꝙ absq3 iustitia dantur premia bonis.

Nã voluntas est causa meriti. Sequit ꝙ nullũ iudiciũ de hoim factis deo relinquat. Sequit ꝙ theologia:artes:philosophia mo ralis:medicine frustra essent. Quid enĩ opꝫ docere:scribere:suade re:mederi ⁊c. Si oĩa ex fati necessitate eueniat? Et si tẽtationes pro diuersitate natiuitatũ:diuersis tẽporibus anni in hominibꝰ ex astralibus influentijs excitant. Nõ ergo a demonibus ⁊ fomi te pcti vt fides xpiana ꝓfitet ꝓueniũt. Atq3 ad summã dicamus: si fato oĩa fieri ab eo cũcta necessario ⁊ immobiliter euenire cõce dimus;oĩs vita humana subuertetur. Nam superuacue obiurga tiones:laudes:vituperationes:exhortatiões exhiberent. Ista cõ
August. syderans beatus Augu.v.de ci.dei.c.j.inquit. Qui stellas putãt hrẽ talẽ a deo eis traditã potestatem:magnam celo faciunt iniu riã:in cuius velut in clarissimo senatu ac splendidissima curia opi nantur scelera facienda decerni:qualia si aliqua terrena ciuitas
Idem.j decreuisset genere humano decernente fuerat euertenda. Et idẽ dicit.ij.super Geñ.ad literam Impia peruersitate in malis factis rectissime reprehendendis ingerunt accusandum potius aucto rem syderum q̃ hominem scelerum commissorem ⁊c. Et Ambro sius in lib.Exameron .Errorem hunc nefandum de necessitate fa
Ambro. tali reprobando dicit. Quomodo dominus aut bonis premia ꝓ posuit:aut improbis penas:si fati necessitas disciplinam ⁊ conuer
☞ sationem hominum;stellarum cursus informat. Si ad necessita tem genitalem non ad instructa morum actus nostri factaq3 refe rantur. Cur leges proposite sunt:iura etiã cur promulgata:quibꝰ aut pene improbis decerni aut securitas deferi innoxijs. Cur nõ venia datur reis. Cũ vtiq3(vt ipsi aiunt)non sua voluntate:sed ex necessitate deliquerunt. Cur laborat agricola ⁊ non expectat,vt

inelaboratos fructus priuilegio sue necessitatis inuehat:receptaculis horreorum. Si ita natus est vt ei diuitie aut opes affluant. Frustra mercator periculo... sollicitat mare cui ocioso pôt quidem vt aiunt forte genitali diuitiarum thesaurus illabi. Cur ols hominum sollicitudo de questu: omne studium negociationis: omnis labor:omnis occupatio. Si non ex voluntate:sed fatali necessitate res decurrunt humane. Ubi enim est directa necessitas ibi inhonorata industria immo fatua sollicitudo hec ille. Ut ergo cũcta adducta incõueniẽtia ⁊ hos oẽs perniciosos errores declinemus nec omnia fato subdi: nec cuncta immobiliter ab eo necessitari confiteamur. Tertium dogma presbyterorum ⁊ astronomorum de fato peruersum est: quia dicunt omnia fieri ⁊ subdi fato: quod rationibus:auctoritatibus:⁊ exemplis supra nũc tertia q̃stiuncula adductis probabãt. Sed falsitatẽ dogmatis serta infra questiuncula q̃ dicta p̃sbyterorũ dissoluet:manifestabit.⁊ Boeti⁹ item.iiij.de consolatione eosdẽ confundit dicens:quedã que sub dei prouidentia locata:seriem superant fati.que vero sint que fatũ superãt et ei non subduntur:ex sequenti septima.q.apparebit. Tertiũ dogma. Boeti⁹.

Questi.



Uinta questiũcula est: Quomodo demõstrant theologi non omnia subdi fato nec singula ab eo necessitari? Ad quã rñdetur q id Theologi pbant rõnibus auctoritatibus:⁊ exemplis(loquendo ⁊ intelligendo de actibus humanis ⁊ volũtarijs) Et primo rõne sic. Diuina prouidẽtia sic ordinẽ disponit vniuersum: vt inferiora p superiora:⁊ minus nobilia per nobiliora regantur:vt dicit Augu. iij.de trini. Jn homine autem duo sunt aĩa ⁊ corpus. Et corpus q̃dem quod nunc passibile est ⁊ mortale:inferius est corpore celesti. Et ideo per se ⁊ directe ei subditur:⁊ in ipsum imprimit sicut virtute eius formatum est et complexionatum. Unde philosophus.ij.phisicorum dicit. Sol ⁊ homo generant hominem idest influentia stellarum:planetarum ⁊ homo. Et Augusti.dicit in.v. de.ciui.dei. Non vsquaq̃ absurde dici potest ad solas differentias corporum afflatus quosdam valere sydereos. Et Dionysi⁹. iiij.ca.de diuinis nominibus dicit. Lumen solis ad generationẽ sensibilium corporum confert:et ad vitam ipsam mouet et nutrit et auget et perficit. Anima vero cum deo assimiletur: quia vterq̃ spiritus est:et effectus tanto nobilior existit quanto plus cause assimilatur.ij.⁊.iiij.metha. Non subditur per se et directe vt dictum est:celis et planetis corporalibus. Cum ipsa anima omnib⁹ ipsis sit nobilior. Non ergo anima subditur fato:nec erit bona vel mala ex fato ⁊ corporibus celestibus:sed ex seipsa ⁊ ei⁹ libera voluntate. Tho.iij.contra gentiles. Scda rõ est talis: duo motores facientes impressiones in eadẽ re mota si vnus est potẽtior ⁊ nobilior atq̃ immediatior:erit etiã ad imprimendum efficatior. Sed corpus nostrum subiacet duobus motoribus scz corpo- Rñsio. August. Phus. August. Dionysius.

ribus celestibus & anime rōnali que est nobilior ipso corpore celesti: potentior & immediatior: ergo erit & ad imprimendū efficacior. Plus ergo ala poterit in afficiendo & in imprimendo in corpus ꝑprium ꝙ corpora celestia respectu operꝫ expressorū in corpore. vñ ꝙtuncūqꝫ Mars moueat corpus ad perturbationē & irā mouendo sanguinē: plus tñ poterit ala bñ ordinata operari tēperantiaꝫ sanguinis & ꝗetationē vt sit ei gaudiū & mansuetudo. Tertia rō est talis. Si fatum & corpora celestia essent directe cause electionum & actuū humanorꝫ sequeret ꝙ homo naturali instinctu ageretur ad suas passiones sicut cetera animalia in quibus nō sunt nisi vires anime corporeis organis alligate. Nam illud qđ fit in istis inferioribus ex ipssione corporum celestium: agit naturaliter: & ita sequeret ꝙ hō non esset liberi arbitrij: sed haberet actiones determinatas sicut cetere res naturales. Que omnia sunt manifeste falsa & contraria humane conuersioni. Ergo ex his patet quod actus humani & voluntarij fato & corporibus celestib⁹: non subduntur. Nunc ponende sunt auctoritates & primo Damasceni secundo sententiarum dicentis. Actuum nostrorum nequaquam sunt causa corpora celestia nos enim liberi arbitrij a conditore facti. Domini etiam nostrorum existimus actuum. Et Gregorius Nicenus dicit. Dicunt egyptij quibusdam sacrificijs fatum posse mutaris. Et Moses quarto Deutero dicit. Ne videas solem & lunam & omnia astra celi. & errore deceptus adores ea atque colas que creauit dominus deus in ministerium cunctis gentibus que sub celo sunt. Nota in ministerium & non in dominium. Et Ambrosius in exameron dicit. Nonnulli tentauerunt exprimere natiuitatum qualitates. qualis vnusquisqꝫ qui natus sit esset. Cum hoc non solum vanum sit & inutile querentibus: sed impossibile pollicentibus. Et idem libro tertio Exameron: ostendens per locum a maiori: quod celum & corpora celestia concurrunt ad generationem animalium & vegetabilium: tanquā agēs vniuersale excitans & vigorans virtutes: generatiuas seminum & animalium in regione elementari. Sic inquit. Conticescat ineptus sermo astronomorum. Sciant omnes solem auctoreꝫ nascētium. Sed quod dei clementia terram relaxat. Dei indulgentia prorumpere fructus facit. Et libro quarto introducit naturam de sole dicentem. Bonus quidem est sol in ministerio non in imperio. Bonus mee fecunditatis adiutor sed non creator: effectuum meorum formator bonus meorum alitor fructuum: sed non auctor. Et Gregorius in homelia epiphanie dicit. Absit a fidelium cordibus. Ut esse aliquod fatum dicant vitam: quippe hominum solus hanc conditor qui creauit administrat. Et Ptholomeus: in almegisto dicit. ¶ Homo sapiens dominabitur astris. et in centiloqnio in principio dicit. Anima sapientis medici dominabitur astris. Nā medicus admittitur desiccare corpora cum corpus

[Margin notes: Damascenus. Gregor. Nicen⁹. Deuter. iiij. Ambro. Idem. Gregor. Ptholomeus.]

celeste mouet illa ad humiditatem. Et Bugufarus sapiens in cō-
mento super centiloquium Ptolomei ait. Homo sapiēs et iuuat et
impedit celestem effectum ex virtute sapientie que est in eo. Et Bugufarus.
Abraham auenere chaldeus astrologus dicit. Si quis enim pre-
ces et clamores ad celum subleuauerit: fatum suum vincere pote-
rit. Et Vergilius primo georgicorum inquit. Ingenium et rerum Abrahā auenere
fato prudentia maior. Et Quintilianus in .iiij. declamatione dicit. Vergili⁹
Vincitur fatum si resistas. Vincit si contempseris. Audi quam glo Quintilianus.
riose in hanc partem Chrysippus stoicus concludit dicens vt ad Chrysippus.
ducit Aulus gellius in de noctibus atticis. Fato inquit quadam
ratione principali id est generata omnia fiunt. Ingenia tamē ip-
sa habent aliquid proprium. Exemplum. Sicut si lapidem chilin
drum proijcias: initium est ex nobis: sed tamen ille lapis preceps
voluitur: non quia id tu facias: sed quoniam id sese modus eius
et forme volubilitas habet. sic ordo et ratio et mobilitas fati gene
ra ipsa et principia causarum mouet. Impetus vero consiliorum
mentiumque nostrarum ex nobis sunt. Idcirco apud Homerum
recte Jupiter de mortalibus conquerebatur dicens. Hei mihi quid
damnant mortales numina celi. Esse aiunt eterni per nos mala: Homer⁹
cum tamen ipsis. Ve cordi preter fatum sint mente dolores. Hec
ille. Nunc vero idem probabitur exemplis. Plato a phisonomo
iudicatus corruptor adolescentulorum Respondit inclinationem
astrorum sapientia vici. Astra enim furem vel adulterum signifi-
cant: non autem furem vel adulterum faciunt. Nati sunt duo ge
mini: scilicet Jacob et Esau. Genesis. vigesimoquinto. Sic alter
post alterum vt posterior plantam prioris teneret. Et tamen in
vita moribus diuersi: in actibus dispares: in parentum amore dis
similes fuerunt. Vno celi spacio filius regis et rustici nascuntur:
in omnibus tamen diuersi. Nascuntur sub Marte masculus et
femina. Illa colum ducit: alter ense triumphat. Si dicat ad hec.
Possidonius astronomus. Natorum horum causam diuersitatis
fuisse exiguum temporis interuallum quod interuallum gemi-
ni dum nascerentur habuerunt. Respondet ad hoc Augustinus Possidonius.
in quinto de ciuitate dei. dicens. Mirum est quod tam modica
particula celi que transiuit: tantum valuerit in diuersitate volun Aug.
tatum: actuum: morum: casuumque geminorum nascentium: aut
non geminorum. Ad quod iterum Nigidius astronomus respō-
det quod tanta est celi rapacitas vt si alter geminorum celeriter
post alterum nasceretur. in celo tamen plurimum spacij causaret Nigidi⁹
exemplum rote rapacissime currentis et percusse bis de atramen-
to tanquam in vno loco: desistente postea motu: reperientur duo
illa puncta attramenti: maxime distantia. Ex hac ergo distan-
tia causata ex rapacitate celi dicit Nigidius oritur diuersitas
morum et euentuum in geminis: et non geminis simul natis.
Ad quod etiam respondet Augustinus quod hoc figmentum Augu.
fragilius est quam vasa que illa rotatione finguntur. Nam si in

celo respectu simul nascentium tam multum interest et tam parua particula eiusdem constellationis quod comprehendi non potest: quare alteri geminorum. s. Jacob hereditas obuenerit. Alteri vero scilicet esau non? Quomodo ergo potuerunt astronomi iudicare respectu non geminorum habentium diuersas constellationes: cum quandoque respectu eorum maxima pars celi precesserit? Hec omnia beatus Augusti. vbi supra. Ex quibus patet stulticia eorum qui horam eligunt nubendi: qui tempus expectant cum vxoribus concubendi: qui cohibent mulieres si possunt ne vsque ad tempus pariant. Sicut Nectanybus astronomus cum olimpiade matre Alexandri concumbens: prohibuit illam vicinam partui ne puerum vsque ad horam ab eo inspectam pareret: sicut legitur in historia Alexandri magni. Noui ego doctissimum quendam prelatum cum astrolabio horam discessus ad episcopatum expectasse. Qui tandem cum crederet astris: de sero primo hospitatus in stabulo equos visitans lapide desursum mactatur. Alter electa hora ab astris ducende vxoris: transacto anno illam comperit cum adultero. Hinc scribit Ambrosius in libro exameron. Quam multos videmus eiectos criminibus atque peccatis in meliorem statum esse conuersos. Redempti sunt apostoli et congregati ex peccatoribus non vtique natiuitatis sue hora: sed xpi eos sanctificauit aduentus et hora dominice passionis redemit a morte: latro ille damnatione capitis cum domino crucifixus non beneficio natiuitatis sue: sed fidei confessione ad paradisi gaudia transiuit. Jonam in mari non vis natiuitatis: sed dissimulate diuine preceptionis precipitauit offensa. Petrum de carcere angelus xpi non stellarum series liberauit. Paulum percussum a vipera: turbatumque naufragio non remedia natiuitatis sed deuotionis meritum seruabat. Sed quid de illis dicimus: qui apostolorum precibus cum mortui fuissent: resurrexerunt: vtrum eos sua necessitas an apostolica gratia resuscitauit? Et quid opus facit vt se ieiunijs: orationibus: periculisque committerent: si quod volebant necessitatis beneficia poterant obtinere? Hec ille. Ergo melius in omnibus honoremus deum per ipsum xpm in spiritu sancto quibus est honor et gloria: vt dixit Petrus apostolus. Cuius prouidentia et nostra libera voluntate facimus quecumque bona vel mala facimus: Quam quod sequendo stulticiam sacrilegam astronomorum negemus voluntatem qua peccamus: confingamus necessitatem qua delicta defendamus: perditos mores per quos in terra ab hominibus detestamur: a syderibus inane habere mentiamur.

Ambrosius. (margin)

Questi. (margin)



Exta questiuncula est: Quomodo rndent theologi rationibus: auctoritatibus et exemplis philosophorum male de fato supra tertia questiuncula sentientium. Ad quam respondetur quod theologi argumentas philosophorum: auctoritates et exempla sic soluunt:

nūt:⁊ primo ad argumētū i frōte dicūt ꝙ corpora celestia sūt Respon
causa inferioꝝ effectuū mediātib⁹ causis particularib⁹ infe= sio.
riorib⁹:q̄ deficere possunt in minori parte vt dictū est. Et ad
ꝓbationē minoris dicūt ꝙ oīa illa q̄ tāgit ibi Boeti⁹:intelli=
gunt̄ fieri a deo mediantib⁹ causis secūdis. Et ideo sub fati
serie cōtinent̄:sed nō est eadē rō de oīb⁹ alijs. vt dicit Tho.
pri.pte.q.cxvj.ar.iiij.ad primū.Ad auctoritates phōrū: astro
nomoꝝ:oratoꝝ:⁊ poetarū rn̄dēt negādo eas. Si accipiāt fa=
tū ꝓ cōnexiōe scd̄arū causarū absq; diuina ꝓuidētia:nā cau=
se scd̄e nihil agūt nisi virtute prie. Damascen⁹ aūt ⁊ Ptolo=
me⁹ intelligūt ꝙ corpa celestia cōstituūt in nobis habit⁹ et
cōplexiones corpales inclinatiue nō necessarie. Ad exēplum
duoꝝ fratrū geminoꝝ respōdet Hippocrates dicēs: ꝙ illud
fuit qm̄ parētes vt erāt corpore dispositi dū cōcubuerūt: ita
primordia cōceptoꝝ effici potuerūt. Deīde eadē aeris ⁊ loci
i. dom⁹ positio: similia alimēta:⁊ vis aquarū q̄ ad corpa bn̄
vel male cōcipiēda (medicina attestāte) plurimū valēt eedē
etiā excitatiōes:tā similia corpa fingere potuerūt: vt etiā ad
egrotādū vno tpe eisdē causis similiter mouerētur. Hec Au= Augu.
gu.ad illd̄ etiā dn̄i Jo.de lignano dicit̄ ꝙ ideo fatū vīcere nō
potuit:q: regnādi causa passionē tpaliter vl' spiritualiter do
minādi rōnabiliter nō repressit. Ad illd̄ etiam qd̄ ꝑsepe vera
predicāt astronomi. Rn̄det Augu. ꝙ illd̄ fit a casu vl' arte vel
occulto īstictu spirituū bonoꝝ qb⁹ cura ē:falsas ⁊ noxias opi
niones de astralib⁹ fatꝫ humanis mētib⁹ īserere atq; firmare.

Septima questiūcula est:Quid sit fatū scd̄m theolo Qō.
gos:⁊ q̄ scd̄m ipsos fato sic vl' non subdūtur: ⁊ quō
xpiani fatū catholice admittere pn̄t et i qb⁹ scd̄m Rn̄sio.
eos differt fatū a ꝓuidētia dei? Ad quā sic rn̄detur Diffini
⁊ prio ad primū dicēdo:ꝙ fatū scd̄ꝫ theologos:est reb⁹ mobi tio fati
lib⁹ inherēs dispositio ꝑ quā diuina ꝓuidētia suis q̄q; nectit s̄ꝫ theo
ordinib⁹. Uel sic. Fatū est ordinatio siue series scd̄arū causa= logos
rū ad suos effect⁹ ꝓducēdos inistis inferiorib⁹ scd̄ꝫ depēden
tiā quā hn̄t a deo. Ista aūt ordinatio scd̄arū causaꝝ ad suos
effect⁹ ꝓducēdos pōt dupliciter cōsiderari. Uno mō ꝓut est
vnita i ꝓspectu diuine mētis ordināntis ⁊ diuidētꝫ: locis: et
tēporib⁹:motu ⁊ formis oīa:⁊ sic vocat̄ volūtas siue ꝓuidētia
diuina. Alio mō scd̄ꝫ ꝙ eadē ordinatio digesta ⁊ applicata tē
porib⁹ ē i ipsis medijs causis a deo ordinatꝫ ad suos ꝓprios
effect⁹ ꝓducēdos scd̄ꝫ depēdētiā quā habēt a deo: ⁊ sic voca=
tur fatū. Et sic pꝫ ꝙ ipsa dei volūtas siue ꝓuidētia pōt dici
fatū causalit̄. Sꝫ ipsa dispositio ⁊ ordo causaꝝ scd̄aꝝ ad suos
effect⁹ depēdēs a deo dicit̄ fatū essētialiter. Dicit̄ aūt ipsa dis
positio causaꝝ scd̄aꝝ fatū a fari:quasi effatū diuine ꝓuidētie
vt dicit. Tho.iij.cōtra gētiles.c.xciij.et i prio sniaꝝ.di.xxxix. Tho.
De⁹ eīm suā ꝓuidētiā loqtur ꝑ fatū:sicut hō cōcept⁹ cordis ꝑ
voces. Et sicut artifex formā de re faciēda cōceptam manife=

stat p operis effectū. et sicut artifex qd singulariter mētaliter cp ꝓspexerit: p tpales ordines ducit ad effectū. Ita de9 sua ꝓuidētia simpliciter disponit facienda: r p fatū illa multipliciter ac tpaliter administrat. Ex his colligi possunt tria. Pzio q̄ fato subdūtur: r q̄ nō. Nā ex q̄ fatū scdz theologos ē ordinatio scdarū causaꝝ ad effect9 diuinit9 ꝑuisos: sequitur cp illa tantū subdūtur fato q̄ subdūt causis secūdis. Si q̄ vero sūt q̄ immediate a deo fiūt: cū nō subdātur secūdis causis: g̃ nec etiā subdūt fato: sicut creatio rerū pzimarū. s. quatuoz coeua: videlicet angeli: corpa celestia: tēpus: materia quatuoz elemētoꝝ supposita pzla: omniū specierū q̄ sūt ꝑducta i pzincipio. Glorificatio substātiaꝝ spiritualiū. Justificatio impioꝝ. Aie q̄ de nouo semp creātur. Nā hec omia a deo imediate emanauerūt r creātur: r aliter ꝑduci nō potuerūt nec possūt. Idcirco fato nō subdūt. Illa etiā q̄ a superiozi fiūt r disponūt: ab inferiozi nō mutātur: ꝓpterea Boeti9 dicit vbi supra cp ea q̄ sūt pzie diuinitati ꝓpiqua: stabiliter fixa fatalē ordinē mobilitatis totaliter excedūt. Que aūt sūt remota a pzla causa: tanto pluribus fati nexib9 subijciūt r tātoqs sūt magis mobilia quāto a pzla cā sūt remotioza. Exē plū pt3 i Boetio de cētro circuli r ei9 circūferētia. Sic ergo illa q̄ a deo facta sūt r fiūt: sibi soli subijciūtur. Effect9 vero alij pticulares r naturales subijciūtur motui elemētoꝝ: motui celestiū corpoꝝ: motui pmi mobilis: r tādē ꝓuidētie: pzimi immobilis a q̄ cūcta habēt si quasi tenēt firmitatē: r sine q̄ nihil i suo statu ꝑmanet. Nā subtracto pzio subtrahūt subsequētia. Colligit scdo ex superiozib9 quō fideles xpiani cōcedere possūt eē fatū. Nā si fatū accipiatur p dispositiōe syderū i q̄ qs cōcept9 vel nat9 est necessitate oēs effect9 inferioꝛes ꝑter dei r hoim volūtates. Sic nos fatū eē negare debem9 cū Gregozio dicēte. Absit a fideliū cordib9 vt esse fatū aliqd dicāt. Si aūt fatū accipiat p dispositiōe causaꝝ scdarū r ordinatiōe humanoꝝ actuū p relationē ad deū r ei9 ꝓuidentiā tāqꝫ p eū ordinata r prelocuta sitte effata: sic fatū ponere possum9. Licet etiā hoc nole scti doctores vti recusauerūt ꝓpter eos q̄ ad vim positiōis fideliū hoc nomē torqūbāt. Unde Augu. dicit l. v. de ci. dei. c. j. Si ꝓpterea qs cp res humanas fato tribuit: quia ipsā dei. volūtatē vel potestatē fati nole appellat: sentētiā teneat r linguā corrigat. hec ille. Colligitur tertio ex dictis differētia iter ꝓuidētiā r fatū. Nā dispositio rerū ꝑducēdarū gubernādarū r cōseruādarū in ꝓspectu diuine mētis dicit ꝓuidētia. S3 dispositio eadē i medijs causis a deo ordinatis ad aliquos effect9 ꝑducēdos r explicata tēporib9: dicitur fatū. Itē differūt: qz tā necessaria qꝫ cōtīgētia subijciūtur diuine ꝓuidētie: imo r ipsū fatū ꝓuidētie subijcitur. S3 fato sola mobilia subijciūt. Itē differunt, qz diuina ꝓuidētia cū sit ipsa diuina ratio in summo omniū pzincipe constituta: vt dicit Boetius: est in deo: fatu3 vo est

Marginalia: que subdantur fato r; q̄ non. — Boeti9. — Gregorius. — Augu. — Differētia iter ꝓuidē tiā r fatum. — Boeti9

tiū in secūdis causis. Itē differūt: q2 res existētes i deo p modū diuine puidētie sunt ibi vnite & simpliciter vne: scd'o vero ꝙ subsunt fato: sic sūt plures diuise: & dicūtur plura fata per quē modū dicit a poeta. Te tua fata trahūt. Itē differūt: q2 diuiña puidētia dicit fatū causaliter inquātū ordinatio fati lis depēdet & descēdit ab ordinatiōe diuinē puidētie s3 ipsa dispositio scdaꝝ causaꝝ in seipā dicit fatū essētialiter. Item postremo differūt: q2 diuina puidētia ē immobilis stabilisꝙ manēs dans cuncta moueri. Fatum vero cum sit in reb9 mobilib9 mobile est. Et hec satis sint p questione tertia de fato.



Quarta q̄stio principalis sub hoc nono capite est de fortuna. An. s. act9 volūtariꝫ: casualesꝙ euent9 necessitentur ab ea: circa quam quinꝙ questiunculę soluentur: quarū q̄lib3 intra ordine suo notatur.



Rima questiūcula est: Quid sit fortuna scd'3 poetas & gentiles: & quomodo eam pingūt: & quid adscribunt ei: & in quibus male de fortuna senserunt? Ad quam altius ordientes Respondetur ꝙ antiqui phi & poete de inferioribus effectibus: & casualibus euenientibus inordinate contingentibus: varie locuti sunt. Epicuri enim cum Democrito: effectus casuales: euentusꝙ humanos nulli superiori determinate cause adscripserunt: sed casui qui casus (teste Burleo ij. phisi.) proprie in reb9 inanimatis: irrationabilibus & naturalibus reperitur. Aliꝫ vero nedum effectus fortuitos et contingentes: Sed et electiones actusque humanos in superiorem quandam causam cuncta necessitantem reducere sunt cognati: quam causam vocauerunt fatum: de quo latius supra dictum est. Fuerunt item & tertiꝫ quidam philosophi gentiles & poete: qui euentus fortuitos electionesꝙ et actus humanos in causam quandam siue intelligentiam intellectui humano immanifestam adducere moliti sunt: quam fortunam deam appellauerunt. Eamꝙ sic pingebant. Fingebant enim idolum iuue puellam vnam quam ab vniuersitate causandi deam nominabant: & eam cecam pingebant: quia preterita. presentia: & futura metitur: nam ignorantibus cunctis ab ea bona & mala prouenire dicebant: & bifrōtem & ante albam pro euFortuniꝫs post nigram pro infortuniꝫs: ante capillatam: quia tempore apto eufortunia iuuant: retro vero caluam: quia tempore nō congruo nocent. Sedentem super rotam idest immobiliter distribuentem omnia: quam rotam voluere arbitrabantur. nescit enim fortuna quiescere: vt dicit Seneca: hanc dicebant felicitare & infelicitare homines. hanc dirigere homines immediate idest absꝙ prouidentia dei ad eligendum vtiliter vel non vtiliter hanc ponebant imprimere in intellectum et voluntatem

Q3. Rn̄sio ad questio.

Opinio Epicu. et Demo. Burle9.

Antiq̄ curpige bāt fortunā cecā.

Seneca.

hois spē aut cognitionē suoꝝ effectuū. Hāc pficiebāt oīb⁹ di
Eccl'a. stributiōib⁹ bōis: ⁊ malis oīb⁹ eufortunijs ⁊ ifortunijs. In ꝑ
ix. sona quoꝝ dicebat Salomō Ecces. ix. Uerti me ad aliō: ⁊ vidi
sub sole: nec velociū esse cursuz: nec fortiū bellū: nec sapiētū
panē nec doctoꝝ diuitias: nec artificiū gratiā: s; tp̄s casumq
Seneca i oīb⁹. Et Sene. i ep̄la ait. Res humanas nullo ordie fortuna
Iuuena- regit: spargitq manu munera ceca priora fouēs. Et Iuuena
na. lis. Te facimus fortuna deā celoq locam⁹. Et Salusti⁹ i Cati
linario. Profecto fortuna i oī re dominat. Ea cūtas res ex libi
Plutar ne nō ex ꝟo celebrat obscuratq. Et Plutarch⁹ libro d reme
chus dio ire i ꝑsona Euripidis dicebat. De⁹ magna regit. pua ꝟo
Iuuēa. nostra i fortune manib⁹ dṡelidt. Et Iuuenalis iterū. Si fortu
na volet fies de rethore ꝯsul. Si volet hec ea dē fies d ꝯsule re
Uergili thor. De hac ꝯqrebat Euāder Eneā alloqns octauo eneydos
us dicēs. Me pulsuz patria pelagiq extrema seqntē Fortuna oi
oct auo potēs ⁊ ineuitabile fatū His posuere locis. Et seneca pria tra
eneydo. gedia dicebat. O fortuna viris inuida fortib⁹. Quā nō eq̄ bōis
pmia diuidis. De hac Cesar cū videret regē Farnacē fugere
Seneca a facie Pōpeij dicebat: vt indt. Q. Curti⁹. Quis negat eximiā
q̄q gloriā sepi⁹ fortune q̄ ꝟtutis eē bñficiū? Et Cicero. ij. offi
Q. Cur cioꝝ dicit. Magnā viz eē i fortuna i vtrāq ptē vl' scdas ad res
tius. vel aduersas q̄s ignorat? Et Juli⁹ cellus dicebat. Efficacior
Cicero. ē fortuna q̄ ꝟt⁹. S; certe hi oēs errāt ꝑmo q: ponūt fortunā
Julius iprimere i intellectū ⁊ volūtatē hois: qḋ paulo añ reprobaui
cellus. mus: mōstrātes eē ipossibile q corpora celestia agāt i intelle
ctū humanū directe iprimēdo speciē vel cognitionē suoꝝ effe
ctuū: qḋ etiā Tho. iij. ꝯ gēti. c. viij. reprobādo pbat. Secundo
Fortu- errāt: q: dicūt hāc fortunā hoies fortunare ⁊ ifortunare: qḋ pa
nare qd tet esse falsum sic. Nā fortunare ꝓprie est mouere aliquē, vel
sit. iprimere in eū ad eligēdū aliqḋ ad finē vt cōseqnat bonū per
accidēs alicui electiōi cōiunctū. Corpa aūt celestia siue fortu
na nō possunt mouere ⁊ dirigere hoiez p ifluxū cuiuscūq ap
p̄hēsiōis sensualis vl' itellectualis: vl' alicui⁹ appetit⁹ ad ali
qḋ futurū eligēdū: vt ei occurrat aliqs accidētalis ⁊ iopinat⁹
euēt⁹ bon⁹ vel mal⁹: ergo. Minor aūt pbat. Nā ꝓpriū nature
ē tēdere ad vnū vt i plurib⁹. S; illḋ ad qḋ aliqs inclinat ⁊ euē
tus casualis q̄ illi electioni ꝯiungit nō sunt vnū p se cū nō ha
beāt ad inicē aliquē ordinem vel conuentionem. Nam q ali
quis instigetur ire ad spectaculū ⁊ ineniat ibi debitorez: vel
q inclinetur a natiuitate ad fodiēdnm sepulchrū ⁊ inueniat
thesaurū: nō sunt vnū nisi per accidēs: ergo sequit q hec dea
siue itelligētia n fortunat vl' ifortunat. Nec ēt pōt homo hēre
a fortuna vel a corporib⁹ celestibus vt sp vel vt in pluribus
eligat illa quibus sunt coniuncta per accidens aliqua com
moda vel incommoda: q: si sic semper aut in pluribus fortu
naretur vel infortunaretur: ergo sequitur q falsum dicant
poete gentiles ⁊ alij non veri philosophi: ponētes etiā itelli

